ALBERICI GENTILIS.

Lectionum & Epistolarum *quæ ad ius ciuile pertinent.*

LIBER I.

Jani Sluÿs

LONDINI
Excudebat Iohannes Wolfius.
1583.

BRITISH MUSEUM
17
29
DEC

THOMÆ HENNIGIO, viro Illustri.

Albericus Gentilis. S.

IMprudentis esse hominis dixerint (opinor) multi, et me feruore quodam abreptum inconsultæ iuuentæ: quòd vel madido adhuc altero a typis libro *de interpretibus Iuris*, emittam tamen, Clariss. Hennigi, et istum; iudicijs scilicet non expectatis, quæ illum manent, vt omnes omnino libros, qui Solem adspiciunt, & in vulgi manus perueniunt. Sed ego vt sciolorum quorundam voces nec attendo, nec curo; & eorum etiam notas spernere possum, qui, suo captui inseruientes toti, nihil veritatis legitimæ cura, lumineúe tanguntur: ita a doctis, candidisque lectoribus non timeo tantillum quidem. Nec id sane, quòd credam præstitisse me in illis disputationibus quid protinus dignum eruditorum auribus, sed quòd cum ijs fere omnibus me esse videant cuncti, qui aut eas legunt, aut non sunt ipsi prorsus totius litteraturæ imperitissimi. Quid? et doctissimis non paucis, et (ne aliarum artium insignes professores, ac nostræ huius singulos memorem) viro egregio, consultorum inter consultissimos Williemo Aubreo opera illa mea valde laudata est. Vt tamē est; maxima certè me impulit caussa ad huius noui libelli editionem: et extorquebit mox etiam alterum. Facta quippe harum lectionum spes est in dialogis nostris: et reiectæ huc sunt quasi probationes nōnullorum, & firmamenta: quæ quidem nec poterāt, nec debebant pro natura eorum ser-

monum ibi deſcribi; et tamen ab ijſdem longiùs detineri, aut rectum per ſe, aut mihi honeſtum non fuiſſet. Hunc tu librum primum accipe, vir ornatiſſ. qui primus etiam fuiſti ex omni humaniſſ. nobilitate Anglicana, qui mihi obtuleris, præſtiteriſque ſtudium, fauorem, et beneuolentiam tuam. nam memor ego ſum illius præcepti, vt in antiquiorem cauſſam faciamus alieni æris ſolutionem. Et ſi id parum eſt, quod tibi referam: primùm ſic eſſe fateor: tu deinde meam excuſare tenuitatem debes; quæ et eſt tenuiſsima; et partienda quoq; inter multos eſt, quibus ſimile indicium aliquod (nec.n. in alio genere poſſum) grati debeo, beneuoliq; animi dare. Aliàs ſi maiora nobis faciet Deus ocia (et faciet per Illuſtriſsimũ Leiceſtr. per te, per Anglos, ſpero) quid ſi hæc in acceſsionem conuertentur, & ſteterint fœnoris loco? At ipſis interim fuere, ac vale. Oxon. Prid. Id. April. M. D. LXXXIII.

Richardi Edes.

Vulnus ab inuidia cepit liber alter, ab iſto
Inuidia, inuidia iudice, vulnus habet.

ALBERICI GENTILIS

LECTIONVM ET EPISTOLARVM, QVÆ AD IVS CIVILE PERTINENT.

LIBER PRIMVS

De condicione iurisiurandi, & leges quædam, quæ ea in re pugnare videntur compositæ.

CAP. I.

Ait Vlp. Quæ sub condicione iurisiurandi relinquuntur, a prætore reprobantur. *l.* 8. *de cond. inst.* *idem & ex Marcello habetur in l. non dubitamus. de condic. & dem. Quid igitur est, quod ex Iauol. & Paulo refertur in l. Antistius. de adq. hered. & in l. municipibus. de cond. & dem? Pugnant sanè hæc cum prioribus, nisi aliter componuntur, quàm factum sit in hunc vsq; diem. Sic itaq;. Condicio hæc neq; est turpis, quia iramentum sit actus religionis omni iure comprobatus; neque est etiam impossibilis, vt quæ vel a municipibus præstari potest. Reprobatur ea, vt periculis*

culis quibuſdam ſuccurratur. nam faciles cum ſint nonnulli homines ad iurandum religionis contemptu; alij perquam timidi metu diuini numinis & ſubtili quadam reuerentia vſque ad ſuperſtitionem, nec ferentes verum ſacramentum præſtare: æquum fuit & pauidis horum mentibus ſuccurrere, & eorum ſaluti quoque conſulere. Indulget quippe lex hominum voluntatibus; ac, ſi ſit promptum periurium, non fert omnino iuramenta. l. 4 ad Tre. §. quæ verò. in Auth. de nupt. Remittit igitur prætor conditionis implendæ neceſſitatem, & reprobat etiam; non etiam ipſam reprobat conditionem, non denegat implendi poteſtatem: vt de alijs turpibus, impoſſibilibuſque factum eſt. Hinc apud Vlp. Prouidit enim ei, qui ſub iuriſiurandi condicione quid accepit, ne, aut omittendo condicionem, perderet hereditatem, legatumue: aut cogeretur, turpiter accipiendo condicionem, iurare. *Nota non occurſum rei, ſed homini prouiſum; & ne is cogeretur. Huc etiam aduocantur illa.* De hoc iureiurando remittendo, non eſt neceſſe adire prætorem. *An enim adeundus fuiſſet, ſi immo res vetita eſſet impleri? Quas conditiones lex propter ipſaſmet reprobat, eæ nec ſunt implendæ, at illis pro voluntate noſtra paremus, quæ in noſtram gratiam remittuntur. Priorum exempla ſunt in l. 14. is. pe. de cond. inſt. & alibi. Poſteriorum eſt in eo, quod de honeſti hominis nomine ferendo ſcribit Caius in l. 63. ad Treb. poteſt eſſe in ſpecie*

l. vlt. C. de ſi. inſtr.

l. filia

l. filia l. cum ita legatum. & l. seq. de cond. & dē. est in specie nostra. an enim non potest Attia arbitratu Lucij Titij nubere? non potest alia vel indigno Titio nubere? alia Aricia cum incommodo non nubere? omnes non possumus iurisiurandi condicioni obtemperare? Tollitur itaque implenda condicionis necessitas per l. 8. & per l. non dubitamus. Spōte iurent heres, municipesque in l. Antistius. & in l. municipibus. Nec id nouum videri potest, si & pecuniaria commoda omittant alij voluntatem testatoris secuti. l. qui quod. ad leg. falc. cum simil. in spontaneo hoc iuramento cessant & pericula & rationes priorum legum. qui namque subeunt condicionem istam volentes, hos profectò nec superstitio pramit; & quoniam nullum additur proptcrea commodum, certè nec extis mulat, facitue securos impietas. Aperta via est, quam vidisse & alios, mihi equidem persuadeo. miror magis, quod eangelecta icrint interpretes ad nescio distinctionem quam prateriti, atque futuri. & tamen in praterito etiam non una, sed vtraque remissionis ratio obtinent, quoniam, si net verum sacramentum sustinent quidam subire, ipsi quomodo vel feciſſe se aliquid iurare poterunt? rectum met iurandi credunt aduersari religioni. Contra cur facimus alios religiosos, si hi de re praterita iurent, si de futura, numinis contemptores? Sunt qui simplex quoddam iuramentum introducunt, at si & in isto obtinet superstitio, quo iudicio homines loquuntur?

l. 19. & 20. quæ in haud. cred. l. si spontus §. si quis rogatus. de do. int. vi & vx.

Cuia. cap. 1. lib. 5. obs.

obtinet proculdubio; & nec Basilius iurare istud voluerit iuramentum: vt apud Alciatum legere est lib. 8. Parerg. cap. 2. Quæ excogitat Socinus, habent quidem colorem: vt scilicet rationes remissionis non sint in numerosa municipum multitudine: proinde nec municipibus condicio remittatur. Sed hæc satisfaciunt soli l. municipibus, nec sunt prorsus firma. Rectius a glossario moniti dicemus, non id tractari a Iauoleno, Paulo, an condicio iurisiurandi remittatur: sed aliud atque aliud. Et non sunt aut nostri, aut vlli artifices sic morosi, quod res quasque velint adamussim ponere, quæ intercurrant, contenti si tantum ea in re præstent, quæ est præ manibus. At prima firmior compositio. quæ tamen ex sequenti capite accipiat limitationem, & cum l. Antistius, & l. municipibus. declarationem pleniorem.

Quando non remittatur condicio iurisiurandi.

Cap. II.

REmittitur iurandi condicio non semper, sed plerunque l. non dubitamus, nec enim remittitur dationi libertatis iecta. l. 12. de ma. test. Quæ est ratio? quia aliter competere libertas non potest, quam si paritum fuerit condicioni. ita Vlp. in illa l. 12. Sed cur illud? Explicat Bartolus ibi, & Socinus in l. non dubitamus. nec habet

bet cornix (phœnicem malè dicunt grammatici) quod aliud aliquando reponat, poſt quam tamen re tulerit rem prius in ipſius libertatis fauorem. Ego ita dico. Si poteſt ſeruus onus iniunctum implere; & ipſi libertas competit, dum per ſe non ſtat, quominus expleatur condicio: quid eſt, cur aliter competere libertas nequit, quam ſi paritum ſit condicioni? cur directam ſibi non vindicabit, non petet fideicommiſſariam dato ſibi vel per ſe ad prætorem aditu? neſcio an ipſe negaret Vlpianus; immo opinor, affirmaret in l. mulier §. nō eſt. ad Tre. Cum Celſo alterum, Non intelligo quid iſti interpretes Vlpiani velint. Videamus igitur, an ex ſequenti ſpecie lumen aliquod poſsit adferri rationi huic duodecimæ legis. Plerunque remittitur iſta condicio. Non eſt igitur veriſimile, vnum illum caſum libertatis eſſe, in quo non remittitur. Et mihi alius occurrit in l. 7. de op. lib. Plane quæritur, ſi quis liberto ſuo legauerit, ſi filio ſuo iurauerit ſe decē operarū nomine præſtaturum: an obligetur iurando. Et Celſus Iubentius obligari eum ait. *Credo legatum non deberi liberto, ſi non iurauerit. nam prætoris conſilium ei non patet, quod eſt, vt adiectum per iſta condicionē onus impleat, & condicioni ſatisfeciſſe cenſeatur. operæ enim nec poſſunt, debentiue niſi indicta illo caſu præſtari. l. ſi quis. §. 1. & l. cum patronus. eo. tit. Itaque etiam produco hanc l. 7. & ad alias perſonas, & ad res alias eiuſdem rationis. & ſi ita dictum ſit,* Municipibus, ſi iu-

I. 3. de ſtatut. l. quæſitum. de cond. & dem. cum ſimil.

Adde l. operæ de vs. & vſufr. leg.

iurauerint facturos illud ſingulis annis nunc mille dari volo. *Vel, Titius mihi heres eſto ſi iurauerit adfuturum ſe ſuo coheredi in omnibus ſuis litibus gratis. Vel Titio x. ſi iurauerit iturum ſe Romam vbi heres iuſſerit meus. crediderim ego, Titium non aliter conſequi legatum poſſe, quàm ſi iuriſiurandi paruerit conditioni. an enim non iuſſus ibit? Quod autem prætoris auxilium, ſi non aliter poſſet legatum Titius conſequi, quàm vt heredis voluntatem expectaret? Certè non alia eſt via conſequendi legatum, niſi vt iuretur. his ergo caſibus non remittitur iurandi conditio: ſequendo illam Vlpiani rationem in l. 12. in qua quid ſi de operis ſpeciem paueremus? ſuademur ad id, quia ſic operarum onus adſcribi ſoleat.* Stichus, ſi heredi meo x. dare promiſerit, vel operas daturum ſe iurauerit, liber eſto. *l. 24. de ſtatut.* Si iurauerit Cornelio filio meo x. operarum daturum, liber eſto. *l. 36. de ma. teſt. Facit l. adigere. de iu. patr. d. l. 7. §. 30. de op. lib. aliæ faciunt: in quibus hoc operarum negotium habere ſibi adiunctum iuramentum videmus paſſim. & l. ſeruus. eiuſd. tit. docet quaſi, rem ita ſe habere, quidquid nihil de iuramento legatur. Scio, imponi operas citra iſtud vinculum religionis. neſcio (& hæc eſt noſtra quæſtio) an etiam operarum promiſsio eo modo iniungatur. Scio & alia ſub iuriſiurandi condicione potuiſſe adſcribi in d. l. 12. neſcio tamen ſimilitudine ve-*

ri

ri quidquam conferendum cum ista opinione, vt de operis credatur actum, quæ maximè tum solent imponi. l. 2. de op. lib Scio, videri quodam modo verba Vlpiani restringi. ast nescio, vt possit aliter eius sententia expediri, quàm si de operibus, obsequijs, similibus accipiatur, quæ vt præstentur non ex grauato sunt protinus. Ego ista teneo, si certiora non occurrunt. Et habemus plures casus, in quibus iurisiurandi condicio hæc non remittitur: qui tamen vnica nituntur ratione, ne remittendo, non posset, quod datum est, quæri. Verùm quid de pia caussa Romanus addit simili libertatis fauore? Scribit condicionem istam non remitti, si quid sub ipsa caussa piæ relinquatur. Sed si credit, & implendæ huius condicionis potestatem a prætore sublatam; iam id falsum esse docuimus. Si autem opinatur, pia caussa priuilegium & in eo esse, quòd pro parte ipsius iurando, nec reliquum præstando, satis condicioni fiat; huic resistendum deinceps sententia est, & aliam aggrediendum quæstionem, quæ non pertinet ad istud caput.

Soc. in l. non dubitamus.

Aliqua adhuc de condicione Iurisiurandi.

CAP. III.

CONditio ista non remittitur dum aliter competere libertas nequit. Sed quomodo id faciet seruus, qui iramentum præstare non valet? l. vlt. de lib. ca. certè aut ex forma huius legis iurabit, iuraturum se cum statim fuerit manumissus: & est cautius exigi. aut de facto admittetur. arg. l. Stichus. & l. pe. de statut. & sufficit ad condicionem implendam. l. seruus. 36. de ma. testa. Hoc primùm in isto capite. Tum illud. Dicit Iulianus, Qui ita liber iussus est, si iurauerit se Capitoliũ adscensurum, confestim vt iurauerit, quamuis Capitolium non adscẽderit, liber erit. *l. 13. de statul. Quid si nolit iurare, sed adscenderit? Non video rationem, quare liber esse non debeat. Sic non semper firma manet ista condicio libertati iniecta. manet dum potest libertas impediri. Sed an est vllus libertatis in ista specie fauor? Res in hunc modum se habet. Sufficit seruo alterutrum præstare, vel iuramentum, vel rem ipsam, & est confirmatum. Alijs, rem ipsam præstare, sufficit; sed tantùm iurasse non est satis. Nã sient quidem omnes hæredes, et omnibus, quod fuerit ipsis relictum sub ista condicione, queritur nec iuramẽto præstito, nec re*

Coniunge l. licet vt leg. ca. cau.

data

data (in quo superatur libertatis negotiũ) attamẽ nisi hi dederint, vel fecerint id, quod erant iussi iurare, actiones hereditarias non habebunt. Hæc probantur in §. vlt. & §. quotiens d. l. 8. Seruo non quæratur libertas, nisi alterum fecerit: quia scilicet indignum esset, in nullo obsecutum voluntati defuncti. Alijs alia quærantur omnia, qui nihil fecerint, quia cogi alij possunt, vt impleant, quod est ipsis in condicione demandatum, at seruo iam libero facto quas denegabimus actiones? Libertatis fauor hac in re duplex apparet; vt iuramento, & eo inualido efficiatur pro ipsa, quod valido non fiat pro alijs. Et par fuit, studiosam caussam in hoc præcellere, postquam par esse reliquis non potuisset in altero. Ast deserta hæ insulæ, vt ait ille. Quid de pia caussa dicimus? Et qui debẽt magis vinculo isto sanctissimo adstringi, quàm harum caussarum administri? Nihil piæ caussæ simile cum libertate. nihil diuersum a ceteris. Omnibus tandem vnum adijcio. Quod non propterea ex iure prætoreo legatum, hæredi aſſue debebitur; quia prætor istam condicionem remiserit. nam immo ex ciuili etiamnum debetur, quod datum est. l. libertus. de bo. lib. secundum quam accipiamus, & declaremus §. ad eos. l. 1. ad leg. Falc.

Tentan-

Tentantur quædam in doctrina coniunctorum, & l. Mæuio. de leg. 2.

CAP. IV.

HVgoni Donello I.C. clariſſ. Albericus Gentilis S. *Aut vinci pudorem a neceſſitate oportet: aut is homo ridiculus eſt, qui vim verecundiæ minus facere poteſt. Cur .n. ita non exurdiar? Vt neſcio quis in hunc vſq; diem pudor me, clariſſ. Donelle, tenuit; quominus, quod cupiebam iamdiu maximè, litteras aliquas meas ad te darem: captandæ ſcilicet familiaritatis tuæ gratia. ita nunc pudorem tollit penitus (quod ego libenter ſentio) difficultas quædam, qua irretitus ſic teneor; vt omnino ſit mihi neceſſe, aut tuum auxilium implorare; aut ineptè vel in ignorantiæ tenebris iacere, vel quaſi diſcruciari dum pluries nequidquam contendo, ſi ipſe me ab ea moleſtia liberare poſſim. Ac quidem, ne te multis morer, id eſt, quod me nunc valde ſollicitum habet. Nulla mihi verior iam annos quatuordecim in iure verſanti viſa ex ijs eſt ſententia, quæ a noſtratibus controuertuntur, quàm receptior illa, vt verbis coniunctus re coniuncto præferatur. nimis. n. videtur in eam aperta l. re coniuncti. & nimis huius legis verba (vt arbitror) contaminantur ab ijs, qui qui ſint, qui Ioannis & antiquiorum opinionem ſequuntur. de quibus tecum dicere, opus non non eſt. & a Iaſone aliiſq; abundè ſunt confutati. Sed & Bartolus, & qui etiamnum a partibus eius*

gloſſa-

gloſſatoris manent, ipſi aiunt, vel dentibus inuitis hominis ſententiam tenendam, pares hoſce coniunctos facientis. & id tantùm propter vnam l. Manio. de leg. 2. Quid tu Donelle eruditiſſime? Ego a Paulo rem iſtam & ex profeſſo, & pleniùs tractante ne latum vnguem diſcedere ob Iauolenum poſſum. & (vt tibi qui ſim fatear) nullas eſſe opinor in iure antinomias. NB. Quid ergo? Satisfactum Iauoleno cuperem, ac Pauli illam deciſionem manere, quæ verbis coniunctum facit alteri ſuperiorem. Huic deſiderio meo nullus ex tanto interpretum, quos vidi, numero nec tantillum præſtat. & adij (opinor) omnes, quorum ſuppetit copiam Anglia, facto ab gloſſarijs ipſis initio vſque ad Iaſonem. Sed & Alciatum præterea, & Duarenum. Nam quid facilius, quàm omnium dictata, commentaue iuſtis quidem argumentis refutare? Agè, obſecro te vir humaniſſime, poſtquam libri te tui, multorum ſermones, Scipij fratris mei auditoris tui littera Iuriſconſultum eximium clamant, & eximia præditum humanitate conteſtantur, age, exime me exiſta ſalebra. Quod nullum ego non tentem modum, quo me inde expediam, id ſanè aut contrarium facit, aut iuuat omnino nihil. Suſpicabar, falſas illas eſſe interpretum traditiones, quibus docemur, coniunctos verbis hos dici, qui verbo vno ſint in oratione copulati. & arbitrabar potiùs eos eſſe, qui non tantùm verbo vno, ſed eadem oratione voceti ſic eſſent,

quod

quod si eorum aliquis submoueretur, verba inepta relinquerentur, & oratio viciosa tota. Vidén quid faciam? Transij scilicet verecundiæ lineas non modò necessariè, sed dum meas istas commentationes [illegible] narro, nescio an dixeris etiam, sponte ipsum a me, ac libenti animo fieri. Quid .n. eas recensere necesse est? Non magis (fortasse inquies) quàm si opem rogaturus aliquis ingenti penè oppressus [illegible]ndere, & declarare etiam vellet ante, quot, quasq; tentarit vias, vt citra aliorum molestiam excutere illud a se ipse, & repellere potuisset. Sed immo hoc ego facio, vt rem mihi omnino desperatam sentire valeas, nisi tu virtute tua, humanitate, & eruditione accurras. Pergo itaq; Collegi eam definitionem ab exemplo posito in ipsa l. re coniuncti. Ex quo si alterum nominatorum amoueo, insulsam hanc relinquo orationem, Titio fundum æquis partibus lego. *Confirmabar in ea deliberatione, quoniam verbis, non verbo, coniunctos viderim hos appellari. Super. addebatur, quod re coniunctorum Paulus definitionem tradiderit, verbis coniunctorum exemplum recensuerit solùm. vt dicere voluisse visus sit mihi, exemplum illud alterius coniunctionis definitionem referre posse. His ita quasi constitutis, verbis coniunctionem in l. Mauio. esse, iam iam negare incipiebam. quia si Seium tollerem ex ea oratione, aptissima nihilominus, & vsitatissima maneret sententia. Incipiebam credere Mauium & Seium re esse coniunctos. etenim & aliquam*

esse

esse coniunctionem oportet vbi de iure agitur adcrescendi, & separatim honorati solent dici (quod ibi fit) qui ista coniunctione sociantur. Ita rem totam poteram bellè componere. cum ecce, quæ meum ædificium minitantur, irruere ista videntur. Quomodo re coniuncti sunt illi, si non eadem pars, sed altera atque altera legata est? Si habent ab initio partes non eas sibi concursu faciunt? Et si isti sunt ibi re coniuncti: quid non multò magis illi, quibus res eadem æquis partibus data est? Hæreo pessimè: etsi me moueam adhuc. Illud scilicet poteram cogitare, vt siue separatis orationibus res eadem daretur, siue eadem oratione separatim, satis esset Paulo factum, qui re coniunctos dicit, quibus separatim eadem res legatur. Rem eandem datam voluissem, quia Mauij res, pars, sic in re, in parte fuerit Seij, & contra; vt nec ille possit, nec iste vel atomum sibi propriam in eo fundo adserere, confusa alterius in alterius portione prorsus, penitusq́; sicut & sensus dictat, & scribit Bartolus in §. duobus. eiusdem capitis. Aduocabam huc Q. Mucij opinionem dicentis, appellatione partis rem pro indiuiso significari, & ita pro indiuiso totum fundum relictum & illi credebam, & Titio totum: nec ad partes has constituendas, quæ re coniunctionem impedirent, eam partium nominationem esse satis in l. Mauio. quòd figura illæ essent, non vi etiam, ac potestate. Nec .n. tertium esse firmum planè in animum inducere valui. nam qui re pro indiuiso relicta,

licta, si verba deinde illa loquatur, æquis partibus, is videtur omnino voluisse rem indiuisam diuidere ex altera Seruij opinione. quid etenim voluisse aliud potest? Adiungebam, quod si re coniunctionem isto casu etiam admisissent auctores, nulla supereſſet in toto iure verbis coniunctio: sed mixta altera esset, & realis altera. Illudq; de mixta ineruditè diceretur, si non daremus separatam alteram speciem coniunctionis. Tandem sic quoque ratiocinabar. Re coniunctio perit admixta verbis coniunctione expressa, quia illa sanè fuerit infirmior, vt quam per argumenta elici necesse sit. nam, quod idem Titio, & idem Seio debeatur, non aliter quidem cognoscimus, nisi quia partes nullas possumus considerare, quæ non sint vtriusq; communes. Quid mirum itaque, si simul manente expressa verbis coniunctione, nulla est altera? Admixta pereunt satis multa, quæ sola manere potuissent. Et pereat igitur re coniunctio coniunctioni verbis admixta in exemplo l. re coniuncti. Maneat, quæ sola stat in specie l. Mauio. Absolui autem ineptias meas. nam quo alio hæc nomine appellem, quæ nec placere possint auctori suo? Sed causſam verissimam dixi, cur voluerim ipsa describere. Te iterum atque iterum rogo, vt homini etiam discupienti insinuare se in amicitiam tuam aditum non præcludas quasi, dum litteris istis non respondeas. Expecto.n. cognoscere quid statuas in difficili hac quæstione. Et tu, si tuam sententiam ad me præscripseris

ſcripſeris (quod ſpero) vt ego te non mediocriter amem modò, etiam ac colam, efficies tamen, vt amori, & obſeruantiæ cumulus tantus accedat, quantus maximus eſſe poteſt. Interim vale. & ſi quid in Anglia tua cauſſa poſſum, id etiam enixè peto, vt velis, quid valeam tantùm ſignificare: nam hoc ſatis eſſe, re ipſa cognoſces. Oxoniæ V. Id. Febru. M. D. LXXXIII.

Conciliatur l. 5. de cond. & dem. cum l. ſub condicione de cond. inſt.

CAP. V.

SEruum ſine iuſſu domini poſſe cõdicionem implere, dicit Paulus in l. 5. de cond. & dem. *Sub condicione heredem ſeruum inſtitutum ſine iuſſu domini condicioni parere non poſſe, ſcribit Modeſtinus in l. 25. de cond. inſt. Hæc an conueniunt? Placet mihi, vt priorem ſic accipiamus, quaſi ipſa regula ſit in iſta tractatione, ex tituli ſcilicet generalis natura, in quo eſt poſita,* Eorum, quæ in teſtamento ſcribuntur. *Altera verò vt loquatur, quod & verbis expreſſis facit, & titulus etiam ipſe ſuadet, in hereditate. Poteſt igitur ſeruus ſine iuſſu domini condicionem in cæteris implere, cauſſa hereditatis excepta. Nam quod quidã inquiunt,* Condicionẽ inſtitutionis ſine iuſſu domini implere poteſt ſeruus & hoc diſertè ſcribit Paulus. *Ego pudorem ne,*

Cuiac. lib. 2 obſ. c. 16.

an

an attentionem in eis desiderem? Patet .n. an Paulus in §. vbi de seruo tractat, & filiof. disertum hoc verbũ institutionis habeat. Sed (aiunt) & seruo, filioq́ parem pupillum facit: & is potest conditionem institutioni adscriptam implere sine tutoris auctoritate. Verùm non rectè loquuntur; cùm si ista exæquatio fuerit ipsis negata, sanè non habent quomodo probent. Quid? an facimus pupillo pares filium, seruumq́? an non fuerit pupillo rerum suarum potestas maior, quàm dominicarum, paternarumq́ seruis & filijs? Vice dominorum sunt tutores. l. xj. §. si tutoris. quod vi aut clam. an parentes, domini etiam sunt dominorum vice? Præterea si illud est pupillo permissum, etiam facit, quoniam auxilia eius, si sit læsus, non perierunt. etenim firmum hoc argumentum non est, Potest hoc facere pupillus, Ergo factum tenet. *gl. Ias. in l. captatorias. num. x. C. de test. mil. Sed latiùs ista aliquando in commentario, quem paro ad illum titulum. Igitur nec disertè illud scribit Paulus; nec potest ex scriptis commodè euinci. Ast non rectè insectamur istorum somnia. Certum est quod dixi: nec de eo dubito, si rationem potero differentia adnotare. Possum autem non leuem. quod scilicet & fiat quandoq́ & in controuersiam ducatur pluries, an si paritum condicioni sit institutionis, eo facto adita censeatur hereditas. in legato nec id fiat, nec moueremur, si fieret, quia rectè in legato dicitur, similibusq́, fraudari neminem posse ex implemento,*

Vide gl. in l. ei [illegible] cõd. inst. [illegible] Ias. in l. 2. C. de inst. & subst.

implemento; in hereditate non rectè. l. legatum 36. de leg. 2. l. si hereditatem. mand. &c. Ita ergo, cum possit in casu hereditatis dominus fraudari, probè Modestinus in l. 25. denegat illam seruo facultatem. cum in caussa legati & caterorum non possit, benè concedit Paulus in l. 5. His addo quod traditur in l. 12. §. 1. de capt. legatum, huiusmodi captiui filie quæri potest, non potest hereditas: aut saltem in hereditate tractatum est. Quî tam variè. & illa est nostra ratio. Posui verò, satis esse, si dubitari tantùm possit, an impleta condicione censeatur adita hereditas. nec est quare confirmetur: volo tamem Roderici cuiusdam Hispani I. C. sententiam retulisse. Satis grauatur (ait) qui positus est in conflictu opinionum. vt satis etiam fraudatus dici possit, qui in periculo positus est, & inter disputationes. In his adquiesco. Non abnuerem tamen, si quis in l. 5. ea verba, quia eo facto. &c. *ita acciperet ac si dictum esset,* quando eo facto. &c. *nec .n. ista insolens esset in iure interpretatio: etiam apud illum, qui in hac antinomia habet aliud nihil, nisi quod iampridem animaduerterit, & publicè sæpius demonstrauerit negationem superesse in l. 25.*

In rep. l. quoniam C. de in off. test.

Recepta ſcriptura l. 3. D. de abig. defenditur.

CAP. VI.

Cuia. in Parat.

SVnt qui l. 3. de abig. peſſimè nitantur contaminare. Quid .n. eſt, quod leniùs ſupponant, vbi pleniùs in omnibus legitur libris? An ratio dictat, leniùs eum puniri, qui plura delicta, delictum maioris damni committit, quàm qui admittat vnum, & id etiam minus damnoſum? Sed qui a ſtabulo abegit domitum pecus, grauius admittit facinus, quàm qui a grege vel ſylua: quia ſcilicet domitum: vt inde dubio procul domino damnum maius. etiam fundi inſtrumenta ſunt boues domiti. l. 8. de inſtr. & inſtr. leg. ſunt ijſdem priuilegia. l. executores. C. quæ res pi. obl. poſſ. quod .n. domitum pecus dicemus rectiùs? Boues pecoris appellatione continentur, & propriè dicuntur domari. Admittit etiam ille delictum ferendum minus, quia a ſtabulo animal abegit, cui maior cura a domino habita: in quod maiores facti ſumptus. Sed & is etiam delinquit præterea irruptione facta in ſtabulum. & iniuriarum, aut de vi poteſt teneri, ſi per vim introiuit. l. vulgaris. §. qui furti. de fur. l. quod ait. §. 1. de adult. l. prætor. in fi. de iniur. Qui igitur, niſi Græculi leniores, leniùs ſubſtituerent pro pleniùs? Quid Scytharum mores facimus huius controuerſiæ iudices? An hos Sarmatas appellaſſet Vlpianus,

l. ædiles. de æd. ed.

l. legatis. 65. de leg. 3.

Vlpianus, cum veſtem definit ex pellibus etiam conſtare, ſi & in orbe Romano pellicium vſus veſtium non fuiſſet? An Hierapolitanos alibi, ſi & calidæ aquæ agris irrigandis vbiq; commodæ reddi non poſſent? Si legem huic cœlo ponimus ex Sarmatico. Venalis aqua in regione Africæ eſt, hodie etiam Romæ, & Londini. Sed alibi agitur res de alimentis legatis. An granatus debet, & de aqua proſpicere honorato? Non faciet. l. Mela. de alim. leg. in Ægypto arundines, & papyrus comburitur (de papyri radicibus ſcribit Dioſcorides lib. 1. cap. 98.) Herbulæ quædã ſpinæ, vepres ibi lignorum appellatione continebuntur. Quid alibi? Vbiq; locorum idem fiet, in quibus herbulæ iſtiuſmodi comburuntur, cæteraq; ex eadem ratione, in Comitatu Lynconienſi hîc in Anglia: ſed in Oxonienſi habent herbas (ni ſunt potius ſuffructices) & ſpinas, & vepres, quæ comburant. Habent Antuerpiæ, in Hollandia, in Zelandia genus terræ, qua ignis conſtat: & hic etiam quandoque vtuntur nigro quodam lapide in igne. Verùm a me aberro dum iſta ſcribo. Quòd in his locis ea lignorum nomine venirent: An alibi? Non venirent. l. lignorum. de leg. 3. Quòd apud Scythas grauius delictum habeatur, pecora de ſyluis abducere: an & apud nos quoque? Quid ſi innumera dico, quæ ſunt huiuſmodi barbarorum inſtituta, a quibus retrahit alios ratio, regionis alia conſuetudo? Aſt hæc nota ſunt. At ex

l. 23. 24. 25. de au. & arg. leg. l. 1. de aq quot.

Scythis etiam hanc finiamus quæstionem. Ipse rogo, an apud eos homines grauius sit, pecora ex syluis furari, quàm ex septis prætiosiora, aut tentorijs? Id dixissent critici, probassentq́; : si nihil noluissent penitus dicere. Verùm quæ alio loco comminiscuntur fortiora. Nihil minus. Possumus ad hæc ex problematibus, nescio an Aristotelis, aliquid præter illos. placet tamen, id si tantum scribo. Delicta æqualia sunt effractorum nocturnorum, diurnorumq́; : æqualia sunt furum balneariorum, & reliquorum, quod ad ipsam effracturam, ipsum attinet furtum. Sed in balnearijs & nocturnis qualitates concurrentes faciunt, quare grauiùs puniri debeant. Sic quòd maximæ quoque rationes supersint contra abactorem domiti a stabulo pecoris, quæ aduersus alterum abigeum non manent, quid ille seueriùs non punietur? fortè ea ratio aduersariorum nostris præualebit, vna pluribus, infirmior firmioribus, quæ Græcos habet ei, quæ Latinis auctoribus & libris omnibus probatur.

Lib. 6. Obs. cap. 8.

Tractatur aliud ad eam l. 3. & aliud ad l. 1.

Cap. VII.

Dij meliorem nostris recentioribus mentem. nam quid tentat Connanus lib. 4. Comm. iu. ciu. cap. 6? Ferre nõ potest, vt numerus abactorum

rum distinguat ab abigeo furem. & docet referri in l. 3. a Callistrato quorundam illam opinionem, non etiam probari. Quid igitur & ad l. aut facta §. quantitas de pœ? quid ad l. 4. vi. bo. rap? ad l. 40. ad l. 85. de ver. sig? ad l. 1. §. deinde de arb. cæd? Quantitas (ait Saturninus) discernit furem ab abigeo: nam qui vnum suem subripuerit, vt fur coercebitur: qui gregem, vt abigeus. Duo (inquit Vlp.) turba non propriè dicentur. enimuero si plures fuerunt, decem aut quindecim homines, turba dicetur. tres aut quattuor nec dicentur. rixa etiam duorum est. Neratius tres facere collegium existimat. Ne duo quidem serui familiam faciunt. cum similibus multis. Non hæc sunt, in quibus necessarias rationes exigimus: sed in ipsis moderatrix vnica ciuilis prudentia totum, quid quid sunt, agit. Quid tamen, si abigeum a fure separat numerus, quòd a ferendo furtum dicitur: abigei nomen sit, quòd is abducat, abigatúe, quàm auferat potiùs? An hîc nihil numerus facit? Ferri propriè dicimus, quæ quis suo corpore baiulat. l. ferri de ver. sig. vt igitur ferre pauciora possumus, ita non poterimus auferre plura. quis equum ferat, aut bouem? quis tres porcos? cuius ingenij pecora? quis decem baiulet oues? At inquies, ecquis nouem? Sed numerus aliquis statuendus erat. & ad summum quoddam peruenit ius ciuile: benignè; vt quàm minus pœnarum asperitas locum inueniret. Quod de relata, non comprobata opinione affer-

l. vni. C. de glad.

tur, id vaniſſimum eſt. Sed vnum videamus in l. 1. eiuſd. tit. Omnino *(alibi inquit legiſlator)* gladiatores eſſe prohibemus. *Inquiunt recentiores lib. 13. Obſ. cap. 10. accipiendam l. 1. D. de abig. neceſſariò de ludo gladiatorio. Qui fieri poteſt, ſi ipſi gladiatores omnino ſublati ſunt? Tantum igitur abeſt a neceſſitate interpretatio hæc, vt ſit etiam impoſſibilis. quomodo ludus gladiatorius ſublatus non eſt, ſi ſublati ſunt penitus gladiatores? Addo, ſi ſumma dicitur ea gladij pœna; & hæc gladiatoria non eſt talis: quo pacto illam commentabimur hanc eſſe? Conficio & alterum, quo oſtendo Iuſtiniani eam mentem fuiſſe, vt de gladiatoria leges iſtæ ſuæ non acciperentur, ſed prout accipiunt docti iuris interpretes; quod in Pomponio dixi. id eſt. Secundùm ipſa Hadriani verba nequicquam a Triboniano immutata, ad gladium damnatio habuit ſupra ſe maiorem pœnam. Igitur ea erat de munere gladiatorio. Rectè. Et nunc itaque, quando ipſa duriſſima eſt, & ſupra quam nulla ſit: certè de ludo gladiatorio eſſe non poteſt. nec potuit de hac ſentire Tribonianus. At is non debuit eo modo tractare Hadriani reſcriptum. Itáne loqui poſſunt? Et nos manus damus.*

Qui

Qui ex libera conceptus est, aut fuit in libero ventre, si ex captiua nascitur, quando non sit seruus.

CAP. VIII.

EVm, qui ventrem aliquando liberum habuit, nasci ipsum liberum, verissimè opinatus sum semper: non modò si in seruitutẽ mater iure ciuili redigeretur, sed etiam cum serua esset hostium facta. Monebar aliàs: quòd & Marciani & Imperatoris verba hac de re loquentium generaliora sunt, quàm vt restringi ad casum ciuilem possint. Immo aptiora dixeram huic mulieri, quæ hostium potita esset. Etiam, quòd nulla satis probabilis, differentiæ ratio reddi valeret has inter species seruitutum. Addo nunc ista. Nec mancipium dici potest hic ante quam manu capiatur: nec seruus antequam de ipso adseruando ratio sit. Valet autem ab etymologia argumentum negans. Ergo non nascitur seruus. An captus, asseruatus in ventre materno? Sed partus in rebus humanis non est. l. si quis, §. de fructibus, de excep. rei iud. l. 9. ad leg. Falc. cum ceteris multis. An captus asseruatus tanquam viscera matris? Sed viscerum maternarum portio verè non dicitur fœtus; quòd & sua sit ipsi anima: nec formæ duæ esse queunt vnius corporis. Scripsit etiam Scæuola libro 11. quæst. Quid quod si & ista darentur? l. partum. D. de ver. sig. l. si aliena. de vsurp.

Qui ædes possidet, singulas earum res non possidet; vt nec vsucapiat singulas: & demolitis ædibus, ex integro res mobiles possidendæ sunt. l. eum qui ædes. de vsurp. & vsucap. Nec igitur viscera mulieris possidet, proinde nec fœtum, qui mulierem possidet. Illud est etiam in confesso: vt quæ iure gentium adquiruntur, ea non adquirantur nisi si vera interuenerit apprehensio. Alioqui thesaurum possideret, qui fundum possidet, in quo thesaurus fuerit; & non possidet tamen, etsi quoque de thesauro sciat. Idem de piscibus, qui sunt in lacu nostro; similibusq; l. 3. §. Neratius, & §. item feras. D. de adq. poss. & ibi docuit Iason, regulam contenti & continentis non obtinere secundum ius istud gentium. Sed quid ad hãc facti speciem? Serua concepit, ventrem seruæ gessit vsq; ad partus horam, quando libera facta est. An & partus seruus fuisse dicetur? Et cur non dicitur? Nempe quia nulla accessit ratio, qua homines serui efficiuntur. Igitur, & contra in casu nostro, si nulla adhuc interuenerit huiusmodi ratio. Quid si non in hostili solo enixa sit serua, sed apud gentem, vbi vtriusq; populi quæque maneant? dixerim ego, non seruum, sed liberum nasci, si mater gessisset vterum aliquando liberum; quidquid ipsa pariat, restetque serua. Qui n. seruus non fuit: nec ibi fiet. Ponamus, occultari puerum a matre, quod cum Moyse factum legimus; ego hunc seruum non dixerim. Dicamus, pacis initas conditiones tempore,

qua

quo is nascitur. an hic seruus erit? certè, quia nec capi potest tum temporis, si non dimittitur, in seruitute, non seruus, fuisse censebitur. & patri suus heres erit: & alia omnia habebit, quæ, si in ciuitate foret, ei deberentur. Ita & illum Seruium ex legibus his, quibus vtimur, liberum fuisse adfirmo: si ita ciuitas sua venerit sub Romanorum imperium; vt qui capti non fuissent, ij nec caperentur, aut serui essent. innumera quid prosequor? quibus aut non debeat, qui nascitur, capi, & seruus effici; aut capi etiam non possit: vel scilicet ex vulgato illo, Multa inter os & offam. Quid si aliqua Regula, aliqua huiusmodi serua ad suos profecta sit non eo animo, vt cum illis maneat, sed vt ad dominos reuertatur? sanè qui ex ista serua (nam talis est) nascitur, dicendus est omnino liber natus: etsi in hostili solo nascatur, nec tamen fuerit adprehensus, nam liber cum matre serua proficiscetur. An enim credimus, seruum quem esse esse ex eo tantùm, quod in hostium agro sit? stultè, l. 5. §. 1. l. 12. in prin. de cap. Ex his est responsum l. si statu libera. de statul. l. qui in vtero. de sta. hom. reliquisq;, quæ produci in contrarium possent. Nam si latiùs vellem ego de re ista scribere; quàm multa, Deus bone, ex pluribus iuris partibus? Volui tantum docere, liberum ex captiua nasci, qui fuerit quandoque in libero vtero. An satis non docui? ecce igitur Vlpianum audiamus. Nec mirum sit ex serua ingenuum nasci: cum & ex captiua rescriptum est ingenuum

l. postliminij. §. vlt.

genuum nasci. *An mirum? sed nec filius, antequam nascatur, dici potest in benigna, iucundáue, & optima patris potestate fuisse l. si de collat. Pudeat, ventrem quoque mancipare seruituti. Iam si fingas in hostico territorio natum, captumque, retentúmue: quis dubitat eum seruum esse? At hoc fiet, non quoniam is natus ex serua sit: verùm quia captus & ipse. Concludo; quod si maximum est libertatis studium: & in proposito non desunt aliquæ pro ipsa rationes; etsi repugnarent maximè iura communia, regulaque: rectè tamen pro libertate respondebitur in ista quæstione.*

Legatus Proconsulis ordinariam tenet iurisditionem. & manumittere vindicta potest.

Cap. IX.

Legato Proconsulis solet quidem a Procunsule demandari iurisditio. sed cum debeat etiam demandari: iccirco illam propriè minus, vt reliquas censuerimus mandatas; sed rectè inter ordinarias quisque descripserit. Non enim admittendum est, quod glossator exponat verbum necessitatis, debet, *pro eo ac si dixisset, I.C.* debet, *si vult. Volebat Princeps hos esse legatos; & munus dignitatemque illorum a se etiam quasi pendere, vt omnes pendebant ordinarij*

ma-

magistratus. Hinc l. 2. C. de app. proc. ac leg. hinc Principe inconsulto non debet Proconsul legato suo iurisditionem adimere. l. solent. D. de off. procons. quam equidem sic interpretandam adfirmo; quidquid ibi notetur de potestate, atque honesto. nam ea potestas denegata est ex illis verbis, non debet, quæquæ debuerit esse. Etsi, cum iubente Principe mandet, rationi fuerit etiam consentaneum, ne eo inscio fieret reuocatio. iur. vulg. Si autem ex legibus sententia hæc non esset confirmata satis, possem ex Dio. lib. 53. possem & ex eo, quod ab Appiano acceptum refert Cuiacius aliquando, aliquid superaddere, at non est historicis opus. ecce enim etiam demonstratio. Iurisditio est iudicis dandi licentia. l. 1. de iurisd. quod de ordinaria definitur. sed legato huic est ea licentia. l. cum prætor. §. is quoq;. de iud. l. legatus. de off. procons. iuncto Aug. lib. 1. Emend. cap. 3. Ergo iurisditio ordinaria est isti legato. Procedo. Generalem obtinet legatus iurisditionem. l pe. de off. ei. cui mand. est. iur. Igitur obtinet ordinariam. nec enim aliam ob causam Vicarius ordinariam tenere dicitur, nisi quia generalem tenet. l. suggerente. C. de off. ei. qui vic. al. iud. obt. & tractatur ab Accursio in l. nec quidquam. in §. vbi decretum. de off. procons. Illud vrgeo rectius. Legatus proconsulis nihil proprium habet antequam a proconsule ei mandata sit iurisditio. l. legati. de off. procons. Ergo mandata iurisditione totum proprium habet. quia scilicet necesse sit, aliqua habeat: & non est, cur

Lib. 7 Obs. cap. 21

cur vnum potiùs habeat, quàm aliud. Sed quid multa conquirimus? Mandata iurisditione officium ad legatum totum iurisdicendi transit. *l. 1. §. an autem. de susp. tut. Et ex eodem hoc Seueri & Antonini rescripto propria dicitur ista legati iurisditio. d. l. pe. Praeiudicia & glossarius, et alij adferunt, qui propriam Proconsulis interpretantur. & ista sunt ex supradictis refutata. & quia si propriam proconsulis capimus, nec plenè concludit imperatorum ratiocinatio: quod viderit lector. At nimiùm me diffunderem, si quæ omnia obijci possent, & omnibus volo satisfacere. immo ego & alia omitto, quæ ipsam nostram sententiam confirmare possent. Omnino non nocet, quod legato quædam non concedantur; quæ proconsuli, alijsue magistratibus competunt. nam differentia potestatis est inter omnes etiam ordinarios, & quantitate, & qualitate. Hæc ita se habent. Quid igitur est, cur manumitti apud legatum non possit? Quoniam apud eum omnimodo non est legis actio l. 3. de off. procons. Itané verò? quis hoc modo concludit? Non est apud Legatum talis actio, Ergo apud Legatum non est actio. Sed de tali loquitur l. 2. & l. 3, Sed nos eo casu excepto in alijs cõtra docuimus. Et illis itaque additijs verbis reiectis ex l. apud proconsulem. de ma. vnd. eo tamen modo accipiendus est Paulus necessariò: nam antequam ingressus prouinciam legatus sit, nulla est eius iurisdictio. l. 4. §. vlt. & l. seq. de off. procons. Iam vide, quæ sit pugna l. apud proconsulem.*

cum

cum d.l. 3. Legatus tenet ordinariam iurisditionem. manumitti igitur apud eum potest. Propositio vera non est, si in prouincia legatus non sit. manumitti igitur apud eum extra prouinciam non potest. At est quoque ratio, cur vindicta maximè possit. Hæc enim manumittendi ratio & præcipua quædam habet. Peragebatur apud Concilium: virgula, lictor, verba solemnia, domini manus interueniebant. Erat concilium viginti recuperatorum in prouincijs ciuium Romanorum. Quæ apud nostros recentiores legi possunt. Hodie quædam remissa sunt l. manumissio. de ma vind. Sed certè propter istas solemnitates, cautionesq; par est credere, permissum fuisse, ac iusta quidem ratione permissum quod dicitur in §. eadem. inst. qui. ex ca. manum. non lic. quæ enim cum tanta solemnitate non ritè? quæ in tanta frequentia non rectè fient? Sic & quod traditur in l. 1. C. de comm. ser. ma. quis aliò ducet, vbi pleniſſimæ huiusmodi deliberationes non habentur? Hinc ceteris ista manumissio firmior. Tac. lib. 13. annal. l. 2. C. de li. & eo. li. l. 3. C. si ad. li. l. 1. C. de man. vind. & eò fortè respiciens Flauius in specie. §. 2. l. qui Romæ. D. de verb. oblig. et alij tot loci in iure, qui manumissionis istius solent præcipuè meminisse. Fouetur autem legati iurisditio illis solemnitatibus. vt etiamsi manumitti apud ipsum non posset aliter, certè vindicta posse, probabilius est determinare. Sed at at. Apud concilium ista fit manumissio. Verùm nequit legatus hic cogere con-

Alex. lib. 4. ge. c. x. Hott. ad tit. inst. de libert.

concilium. Alc. lib. 1. Parerg. cap. 41. Ergo Legato ius non est, manumittere vindicta. Latior est disceptatio, quàm vt in aliud tempus non reframm. nam de concilio dicendum esset; & quod tale non fuerit, quale vult Alciatus, in casu nostro; & reliqua.

An per venditionem censeatur reuocatum legatum, si rei venditæ dominium non sit translatum.

CAP. X.

HAbet dubitationem ista quæstio: quia nec rationes desunt pro vtraque parte: & stant vtrinque interpretes magni nominis. Baldus, Angelus, Paulus, Barbatius omnino credunt, non reuocatum per l. prædia. §. liberto. de instr. & instr. leg. Contra, reuocatum adseuerant Accursius, Bartolus, Albericus, Salycetus, Alexander, Iason per l. legatum. §. pater hortos. de adim. leg. Pro opinione illorum facit l. alienatum. de ver. sig. Pro istis vrget l. quod in rerum. §. 1. de leg. 1. et magis est *(inquit ibi I.C.)* vt quod alij destinatum est, ademptum esse videatur. *quis enim inficias ibit, emptori rem destinatam, si & debetur protinus. Sententia mea est, vt legatum & sit, & non sit reuocatum. Reuocatum est, quod ad speciem ipsam legatam attinet. reuocatum non est*

quoad

quoad pretium. Vt enim vinum in caſu. §. liberto. emptori non debeatur, nulla poteſt ratione cenſeri: & propterea etiam nulla, vt auocatum legatario non dicatur. quia tamen vinum ad legatarium pertinere ait Scæuola, id de vini pretio accipiendum quis dubitat? quid enim alias pertinet? etiam vt vinum retineat, quouſque ſibi pretium perſolueretur. vt ſit iſta in re, qui defunctus cum emptore fuiſſet. latiſſima namque eſt ſignificatio illius verbi. Quod pars Accurſij dicit, vinum quidem ad legatarium pertinere, ſed ſi non manifeſtè contrariam voluntatem heredes adprobant: adprobent autem in eo facto, quia de voluntaria agatur alienatione: & eo ipſo tum reuocatio probetur, quod non probatur contrarium. id ſanè deſtruit illam legem: tantum enim abeſt, vt hoc ipſo probetur voluntas contraria, quod vult immo l. C. manifeſtam probationem. Longè meliùs diſſoluitur quod ex l. legatum. iſti ijdem pro ſua opinione producunt. nam per illam inualidam donationem res donata exijt ſtatim e donantis viri dominio ſecundum huius ipſius propoſitum, quod reſpicio portet; quodque eſt ſatis ad reuocandum legatum, vt vt rem inualidam voluiſſet. Contra, præſumitur noluiſſe quemquã rei venditæ dominiũ transferre in emptorem, niſi pretio ſoluto. Quid etiam ſi pretiũ voluerit legatario dare? nam quid ſi rẽ totã non alienat? ego alienationẽ requiro, et ex qua toti legati reuocãdi liquidò ſentẽtia colligatur. Nõ nocet l. q in rerum, quoniã deſtinatio ibi factum eſt.

l. verbum. 181 de ver. ſig.

Ratio ex l. 2 C. de conſtitut.

l. Lucius. 22 de leg. 2 l. cum quo 56. §. fi. ad leg Falc. l. tabernam. 7. de inſt. & inſt. leg.

verum

verùm nec deſtinationem modò admiſimus. Tandem ſic argumentor contra communem. Legata res empta, pro qua non eſt ſolutum pretium, legario debetur pretium ſoluẽti. l. 39. §. idem Iulianus. de le. 1. Ergo legata res vendita legatario non debetur ipſa, ſed pretium. rectè enim ab augmento ducitur ratiocinatio ad deminutionem. l. ſi ex toto. eo. tit. & rectè a contrarijs: vt notum eſt. Res debetur empta, debet tum legatarius pretium. Res non debetur vẽdita, tũ ipſi legatario debetur pretium. Facit maximè contra communem etiam l. nepoti. 6. de inſtr. & inſtr. leg.

De iuſto inter conſobrinos matrimonio.

Cap. XI.

THomas Hollandus Alberico Gentili. Ex facto tractatur, an iuſtum inter conſobrinos ſit matrimonium, tu quid putas? Albericus Gentilis Thomæ Hollando S. Si ex iure ciuili, cui quidem vni nomen dedi, illud a me explicari petis, Hollande; tu legum audias verba: & ſenties quantum in iſta quæſtione inſit difficultatis. Duorum fratrum, vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis coniuugi poſſunt. *Iterum.* Celebrãdis inter conſobrinos matrimonijs licentia legis huius ſalubritate indulta eſt, vt reuocata priſci iuris auctoritate, reſtinctiſq; calum-

Inſt. de nupt. & l. 29. C. eo. tit.

calumniarum fomentis, matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum. *Iustinianum, Archadium, Honerium pijssimos imperatores audisti: & rem habes protinus, ac probè expeditam. Quoniam tamen mouentur in contrarium aliqua: e re est, si & nos ista non prætermittimus, sed diluimus breuiter. Dicitur, Iustiniani illum priorem locum immo negatiuè legi debere cum paraphraste Græco, cum multis vetustis Institutionum exemplis, cum alijs etiam auctoribus, qui ante annos quingẽtos sic illum contextum negatiuè legerunt; vt nouum & inauditum non minus fuerit affirmatiuè concipere, quàm citra quingentos annos, & hodie nouum inauditumque sit, legere negatiuè. Hæc ex Contio habeo, qui de istis nuptijs in proposito disserit latissimè lib. 2. subsec. lect. iur. ciu. cap. 1. Quibus tamen & prudens lector vel ex eodem satisfactum esse videre potest; & nos ita paucis verbis. Auctoribus aliarum facultatum temerè in his fides accommodatur, quæ ad ius nostrum pertineant. retuli autem vnum & alterum exemplum in Pomponio meo dialogo quincto de interpretibus iuris, contra Nicephorum alij aliud notant: & generaliter dicunt, accidere sæpe alienis a professione nostra hominibus, dum ad ius ciuile pertinens aliquid referunt, vt & iuris nominibus abutantur, & in ipso iure referendo facilè labantur, & peccent. Notant aduersus alios alia passim recentiores hi nostri, qui libenter solent & cæteros inuisere auctores: ac scribunt;* Cuia. lib. 3. obs. cap. 8.

contra quem neſcio, etiã illud, qui, vt eſt in pro-
uerbio, faber cum ſit, alia tractat, quàm fa-
Idem.li.6.ca.25 brilia, Deus bone, quàm errat ſæpe. *Quid ſi Theopili paraphraſtis auctoritate factũ fuerit, vt ij tam multi auctores contaminatam retulerint Iuſtiniani ſententiam? Etiamnum viuunt, qui hoc tentant, vt ad illius interpretis ſenſum diſtrahant, immutent multa; etſi ſint hæc firma, ſint receptiſſima. Nam quod Græcus falſum admiſerit vel pro ſuorum temporum ſuperſtitione, non eſt hîc cur debeam exagitare: quia de Theophili auctoritate ſatis tractauit Contius pro ipſa Iuſtiniani littera, qua nunc vtimur. Equidẽ ita mihi perſuadeo, certam eſſe ſcripturam iſtam, vt tenebras credam ab his Soli inferri clariſſimo, qui vel de contrario dubitent. ſic enim & Pandectarum iura, et iura Codicis cum hoc loco Inſtitutionum cõſpirãt, quod ingens is & malum admittat facinus, qui diſſonum iſtud inducat. Nam & quæ ad legem Archadij & Honorij comminiſcuntur, qualia rogo? Priſci iuris auctoritatem reuocant iſti. et illud ſanctum etiam viſum eſt ſemper pijs quibuſque ac doctis viris. At hæc non tracto. Sed & iſti imperatores, & alii poſt Iuſtinianum contra haſce nuptias ſenſerint, certiſſima tamẽ iuris ciuilis ſentẽtia manet: & de qua nec ſcripturæ mendum aut obtenditur, aut obtendi poteſt. loquor de Archadii et Honorii antèa deſcripta lege: cui tanquam poſteriùs a Iuſtiniano latæ, notum eſt ſtare nos oportere; vel ſi contrarium admitteremus locum Inſtitutionum.*

num. Sic quantum ad ius ciuile attinet, non habet quæstio tua difficultatem. Dicam quid de iure diuino sentiam? Velles. non tamen audebo nisi tanquam per indagationem. Referunt, scripsisse Ambrosium, coniugium istud nominatim lege diuina prohiberi. quo ego factum opinor, vt Theodosius, liberique (nam Ambrosius multa apud eum auctoritatis) execrarentur etiam illas nuptias. Sed contra ex Augustino asseritur, neminem in totis Bibliis talem prohibitionem reperturum. & ego protinus credo; quia nostrorum temporum doctissimus Martyr etiam negat. Nec id sanè potest esse in quæstione, num verbis descriptis cautum lege Moysis sit de his nuptiis: nec in istum sensum ego acciperem verba Ambrosii: quoniam certo certius est, scriptum nihil huiusmodi esse in libris illis ita, vt oculis perspici possit, & legi. verùm Ambrosium intellexerim, & quæri posse opinarer ex sententia, regula, ratione legislatoris; quidquid ipsius verba non habeantur. nec enim ea solùm dicuntur nominatim posita, quæ impressis, vel scriptis characteribus aspectui subiiciuntur; sed & quæ indubitabili signo (vt Vlpianus noster loquitur) sunt demonstrata. & expressa etiam dicuntur, quæ ex mente, vel ratione tacitè colligũtur. idem etenim dixit, Verbum ex legibus sic accipiendum est tam ex legum sentẽtia, quã ex verbis: *cũ sexcentis similibus. Attamen Augustino adsentior, adsentior Martyri, illi antiquiorum, isti recentiorum coripheo, qui lege diuina vetitam negant istam coniunctionem:*

In ep. ad Paternum.

Lib. 15. de ciu. Dei cap. 16.

Ad lib. iud. cap. vlt.

& alios, audio, cum his esse. Nam quartus is gradus neque ipse prohibitus est, neque ex remotiori prohibito censendus talis est. Verùm Contius ait, prohibitum immo censendum ex generali illa regula; vt omnis homo abstineat a reliquijs carnis suæ. Quod nihil est. quia aut secundùm exempla adiecta regula hæc accipi debet, exemplorumue rationem; aut ipsa in infinitum serpet: nisi tum, non certa tamen ratione, cohibeatur. Age, maneamus adhuc paulisper in ista inquisitione: & legem naturæ consideremus, quæ eadem dicitur cum lege Dei: quamuis hæc notissimis sit consignata monimentis; illa vitio nostro quasi inter densissimas tenebras agat. Iure naturali, Hollande, vetitum certissimè dicetur inter adscendentes, & descendentes matrimonium. nam, vt exempla brutorum mittam, quo pacto per rerum naturam videbitur possibile, vt pares habeantur (quod in matrimonio fit) generantes & generati, quique horum imaginem tenent amita, matertera, patruus, auunculus, illarum mariti, istorum vxores? Fraternis coniugijs aduersabitur ius naturæ: quòd viscera eiusdem sint frater & soror. atque quæ natura separauit, non rectè in vnam rursus carnem per matrimonium coniunguntur. Quæ deinceps huiusmodi rationes? Consobrini non eiusdem sunt viscera: eadem persona intelligi multò minus possunt. quod de parentibus & filijs dicitur. Sic ius nostrum ciuile, ius doctissimum, eam sanguinis connexionem, qua sunt consanguinei, fratres inter adgnoscit, notatque

l.vlt. C. de imp. & alijs. subst.

tatque ſolùm. Quæ igitur reliquiarum carnis cõſideratio in conſobrinis? Vides, quod nec verbis, nec ratione interdicitur matrimonium ipſorum? Quid ni igitur licitum cenſeamus? Hæc ex omni meliori iure. Canonicum enim quod vocant, ipſum eſt irrationale, erroneum, cæcum, anarum totum, & in hoc ipſo tractatu, vt viri peritiſſimi loquuntur. & eſt ad rem, & eſt ridiculum, quod ſcriptum reliquit Angelus Peruſinus: Papam ſcilicet huiuſcemodi annuere matrimonijs non cum magnatibus modò, ſed etiam cum furnarijs. loquitur de conſobrinorum matrimonio. Legibus autem examinatis, quid reſtat? Quod videlicet & antiqui, & theologi noſtri eas nuptias diſſuadeant prorſus. Quod in nuptijs contrahendis maximè obtineat illa ſententia, Non omne quod licet, honeſtum eſt, aut expedit. Quod & quædã non contemnendæ rationes maneant in aduerſam hanc partem. Sed excedam epiſtolæ modum, ſi perſequimur omnia, quæ dici in propoſito poſſunt. Mihi tũ in re iſta, tum in aliis quampluribus conſultius videtur, ſi quid leges vellent, id poneretur ſimpliciter. & tibi ſacræ Theologiæ ſtudioſo non recenſeo, quæ mala hinc, & portenta ſuperſtitionum ſunt inuecta; quòd homines adhuc voluerint Deo eſſe prudentiores: & innumera ſunt, quare ſanctiſſimos, doctiſſimoſque illos patres audirem potiùs in hanc ſententiam concludentes, Nuptiæ inter conſobrinos non ſunt vetitæ: nec eſt igitur cauſſa, cur ab ipſis abſtineãt homines, ſi nuptias conſideremus ſolũ. Ecce. n. quod ſecundo loco de honeſto dicebatur, et

In l. matrem. §. filiam, ad Treb.

eo, quod expedit; id ego non in hoc matrimonio tantùm exigerem; verùm etiam in re qualibet, de qua nec dubitarit quisquam, sit ne licita. Teneo, nuptias istas contrahi non oportere, si nõ expediat, si honestum non sit. non tamen dixerim vnquã euenire hoc ipsum posse, quia inhonestæ hæ nuptiæ videri debeant, cum nullo legitimo iure dãnentur, sed ob caussas alias foris (vt dicitur) aduenientes: quæ vel plurimæ esse possunt: nec vlla definitione rectè cõprehenderentur: ob quas q; et cum extraneæ, nedum cum cognatæ, matrimonium recusaremus. Quæ tandem illæ rationes, quibus a tali arceamur coniugio? Disperguntur omnes breuissima interrogatione, An lege sua Deus permisisset quidquam, quod honestati esset quòquo modo cõtrariũ; et aliquam habere peccati rationẽ posset? Ad legẽ Dei trepidas has conscientias voco, quæ admittere non possunt nuptias consobrinorũ; si conscientia est consonantia animæ ad Deũ, quod aiunt Canones. Ne mihi eam proponant, quæ salem non habet scientiæ, legis, & rationis: nam ipsam ego insipidam cum Baldo appellem, credo, & cũ Apostolo. Hîc latus campus, in quo oratio mea excurreret. Sed tu L. Hũfredũ consuluisti, virũ theologũ, eumq; cuius doctrina max. religio probatiss. virtus spectatiss. omnibus est. Ipsum & tu, & ego plenè, verè, certè dicentẽ audiemus de lege, de patrib. de morib. de consuetudine in re istac (multũ. n. momẽti consuetudo habebit) quæ huius sit optimè constituti, et felicissimi Ang. reg. ELIZABETHÆ.

Dicun-

Dicuntur leuiora quædam ad l. quæ extrinsecus. D. de verb. oblig.

CAP. XII.

VErissimum est Catonis oraculum (*Alcia-* Lib. 9. Parerg.
tus ait) *Alienam disciplinam temerè ne* cap. 5.
contemnito. Quod sibi accidisse narrat Galenus Lib. 1. de cog.
de Pithio illo, quo iubetur, vt vnusquisque se ipsum ani. mor.
cognosceret, quod puer adhuc temerè laudari putasset tamquam non esset magnum præceptum: id mihi (sed ridiculum) visum est itidem puero, quod stipulationem non vitiari Florentinus scripserit noster, si ad interrogationem ita aliquis respondeat, Arma virumque cano, spondeo. *nam cogitabam, satisne sanus esset, qui ita responderet. At fieri posse agnoui, & euenire etiam, vt quis verba huiusmodi effundat inter loquendum, quæ planè ad rem faciant nihil, & esse eum tamen virum prudentia non contemnenda. Testor in patria mea Sangenesio ciuem spectatæ auctoritatis esse Gregorium Gentilutium, qui vel exordiri potest, solétque ab his ferè semper,* Come t' ho detto la quella. *id est,* vt tibi dixi hæc illa. *& duo vltima sunt singularis recti casus. Ita siue cum vno, siue loquatur cum pluribus, & repetit tertio quoq; verbo, vt certum sit, eum non quidem Virgiliana, sed sua hæc facilè interiecturũ stipulando.*

Contra Mont. car. 198.

Thomas quoque Eraſtus nobiliſſimus Germanorum medicus ſimilia nõ de vno ſolo atteſtatur; verùm ita ſcribit. Quam multi reperiũtur, qui inter loquẽdum ſolent vocem aliquam ad rem nihili pertinentem interponere, identidemque repetere, &c. *Conſidero etiam, quod vt reſponſio ad interrogationem in propoſito duriſſimi vinculi non ſolet citra ſummam deliberationẽ fieri, ita ſoleant homines & motus quoſdam exhibere, & verba, cantuſque fundere inter deliberandum: ex attenta ſcilicet in rem ipſam propoſitam cogitatione. quod alij artifices peritiùs explicarent. Mihi tantum ſatis, ne aliquis fortaſſe ineruditior ibi mecum impingeret, diſciplinam tantorum hominum contra Catonis oraculum contemnens temerè. Sequitur in ea l. altera determinatio. Si in perſonæ appellatione fuerit variatum. Et non eſt illud multæ obſeruationis, vt qui Lucius, idem & Titius appelletur: cum vnius frequens ſit iſta appellatio.* Lucius Titius: *& vſitatum eſt, hominem nunc prænomine, nunc cognomine, nunc etiam vel ſolo agnomine dici. refutata enim eſt Li-*

Maiorag. ep. 1. lib. 2. quæſt. ep. Cont. ad l. ſi in nomine. C. de teſta.

nacri ac Auguſtini ſententia, negantiũ apud eruditos vocabulũ iſtud reperiri. illud magis obſeruãdum eſt, quod gloſſarius adnotauit in l. qui Romæ. §. Callimachus. eo. tit. vt Lucius Titius ſit, qui & Seius. nec enim vnius hæc eſſe nomina poſſunt Lucius Titius Seius: *ſi quid certi poteſt in re iſta determineri ab occupata Republicæ: quando & face omnium gentium adſcita Romæ, vt reliquorum*

rum, ita facta est nominum incredibilis confusio. Quæ porrò nomina? Codex horũ plenus est. At isti capiti ex Virgilio adiungimus, quod in Palæmone, quem ab initio Menalcam vocauerat, Iolam postea nominat; & in Mœlibeo qui Corydon, is est & Mycon. Docuit autem ista nos olim Maioragius. Sunt ex Plutarco, & Tertulliano apud Cuiacium alia lib. 2. Obs. ca. 11. Illa præcipuè aduocari debent, quæ multis in locis iuris nostri de prætore leguntur, & præside; vt hæc nomina confundantur, & vsurpentur promiscuè. l. quamuis. l. si prædia. & titulus totus de re. eo. l. quod autem §. 2. quæ in fraud. cred. l. 2. §. 2. quis or. in bo. poss. ser. cum alijs quamplurimis. vt sit ille prorsus ridiculus, qui per absurdum opinatur, vt in. l. si per errorem. D. de iurisd. quod initio de prætore dicitur, statim mox de præside subiungatur. Sunc hæc in alijs quoque nominibus apud nostros. Quid igitur & de numeris huiusmodi tantundem non agnoscimus? cur emendamus l. statuliberi §. quintus. de statul? Quæ est ratio differentiæ inter nomina diuersa, & diuersos numeros? Receptui cano. si dicam priùs, non in solis hominum nominibus talia accidere posse; sed & in seruorum l. Lucius de fid. lib. & in fœminarum. nec. n. est diuersa ratio: & fœmina etiam potest duplex esse nomen. l. Lucius. ad Treb. l. 32. de vsufr. leg. l. pater. de cond. & dem. l. Caio. de alim. leg. Quod quidam negarent.

Ep. 7. lib. 1.

Cuia. lib. 1. Obs. cap. 32.

Cuia. lib. 2. Obs. c. 7.

Recentiorum rationes, quibus componunt antinomias, exploduntur.

CAP. XIII.

ALb. Gentilis Antonio Sherley suo. Debeo in communi omnibus: sed & priuatim tibi, qui mihi priuatim commissus es ab illustri parente tuo. Rectè igitur, si nec absens cesso ab ista cura; & litteris etiam moneo, quæ possunt studia tua & dirigere ad veram sapientiam ciuilem, & iuuare non mediocriter. Volo scilicet ad te in præsentia scribere, quæ in maxima iuris tractandi difficultate tu fugere, quid sequi debeas. Ea est (præmonente Alciato) vt quæ tam multa pugnare simul videntur in libris legum nostrarum, hæc ate rectè concilientur, & componantur. Primùm itaque oportet, euites, quas recentiores quidam interpretes induxere rationes, vt se ab antinomijs istis expediant. Et quæ nunc mihi succurrunt, ipsa quinque sunt. aut. n. scripturam mutant, aut inscriptiones capitum per diuersa sectantur, aut solutas, insolutasq; dubitationes proponunt, aut abrogatum ius comminiscuntur, & id ipsum, quo vtimur, aut (his omnibus deficientibus) gnauiter antinomias admittunt. Leuissima documenta mi Sherley. en exempla accipias. Ne pugnet l. 5. de cond. & dem. cum l. sub condicione. de cond. inst. ex hac negandi particulam expugnunt. Contra, negatiuam dictionem addunt in l. apud proconsulem.

Cap. 14. lib. 6. Parerg.

Cuiac. lib. 2. Obs. c. 16. & lib. 1. c. 1.

consulem. de ma. vind. ne contraria sit l. 2. de off. procons. Sic mutant scripturam. At qui doctissimus & acutissimus ab his dicitur, Antonius Contius duriter adeo in modum istum antinomias conciliandi inuectus est, vt temerariam audaciã appellet : quidquid (vt ait) recentiorum aliqui ea potissimum peritia censeantur. Ferrettus, Alciatus, alij artifices hos indoctos homines nominant, leues, vulgares, impudentes. Contius nebulones, & impostores palàm nuncupat, & multis verbis proscindit. Tu itaq; ab isto caueas malo. Sed nec secundum artificium bonum est. Quia supereſſe etiamnum videntur aliquæ differentiæ inter legata & fidei commissa: quod est contra l. 1. de leg. 1. hanc alij istorum ex inscriptione cogunt ad legem Falcidiam, alij ad interdictum Quod legatorum. *& sic antinomiam componunt, vt sint legata fideicomoniſſis exequata, quod ad legẽ Falcidiam attinet, aut ad interdictum illud. Cape aliud hîc. Quia pleroſq; opinantur esse casus in iure nostro, in quibus puniatur voluntas : iccirco ad edictum* Quod quisque iuris. *referunt ex sua inscriptione l. cogitationis. D. de pœ. quæ, cogitationis pœnam pati neminem dicit. Nos, si tene Sherley, in dialogis nostris dicebamus, non ad id Iurisconsultorum nomina, mentionemq; esse in iure, & eas, factas inscriptiones, vt legem illam ex eo iurisconsulto, istam ex huius sententia, aut secundùm locos, e quibus desumptæ notantur, acciperemus (quod vetitum etiam est verbis diſertiſ-*

In ep. ad lect. ante Cod.

Cuia. in Parat. & Reu. lib. 3. Var. c. 4

Cuiac. lib. 8. Obs. cap. 22.

l. 2. §. ne autem. C. de ue. iu. enucl.

diſertiſſimis) ſed ad honorem ſuum auctoribus adſerendum. Qua etiam machina corruit, quod hi noui interpretes de temporibus Iuriſconſultorum cognoſcendis adeo ſunt ſollicuti. Verùm nec tantillum a propoſito abeo. Pugnant valde l.1.C. de app.& l.ſi quis C.de vi. pub. cum ea ſententia, qua dicitur, de vis crimine cognoſcendum priùs, quàm de poſſeſſione. Hæc tertia ratio ſoluendi contrarietates. Refertur (inquiunt) ea ſententia, non comprobatur etiam. Quis admittet? Et periti, & politi ſatis iamdudum docuere, quatenus admitti nullo modo debeat, Iaſon, Zaſius, Duarenus. Ad illos ito, & commentaria ſua in tit. Inſt. de act. in §. pœnales. Duarenũ legas lib.2.diſp. ann.cap.11. & ſententiæ ipſorum veriſſimæ adquieſces. innumeræ, optimæ leges nobis de manibus extorquentur; & ferè ad Academicos accedimus, ſi viam iſtam tenemus. Ad commentum quartum, vt quædam accipi ſecundùm ius antiquum debeant, quædam ſecundùm hoc noſtrum tecum addo nihil: quoniam in libris iuris quidquid eſt, id totum totum vnius iuris, & vnius legiſlatoris Juſtiniani eſſe in Pomponio docuerimus. Vt nec probari poſſit ars hæc componendarum diſcordiarum: nec ſit ita componenda l.88. de verb. ſig. & l.39. de ma. teſt. cum alijs, quæ legatum vindicationis valere & de re aliena dicunt, quod ille negare videntur, & perperam eo modo componunt nouitij. Qui pro nouiſſimo præſidio ſi diuerſas ſectas, & ex profeſſo inuicẽ diſſentientes, immo

Cuia.lib.5. Obs.c.15.

Cuia.lib.14. Obs.cap.36.

earundem

earundem proferent autores discordes; immo a magistris discipulos; immo a patre filium Celsum; immo a semetipsis Scaeuolam, Papinianum, alios, Baldumq3 nostrum millies inconstantem & secum pugnantem. ne tu credulus illis, vt sint propterea in iure nostro enucleato, compositoq3 antinomiæ. nam si decem viris ea cura esset, ne vllibi contrarietas apud hunc inconstantissimum Baldum notaretur; an decem illi iurisconsulti amputatis, adiectis, mutatis, quæ vellent, efficere nequirent istud, quod tentarent? Quid ni igitur & compilatores iuris nostri effecerint in sex hisce ac sexaginta legum libris? Sunt autem maledici homines, qui istis viris omnem protinus adimunt eruditionem. quod in Antipatro indicauimus. & si fuerunt aulici quidam, & in foro non in scholis leges tractarunt; Cratinus tamen, Dorotheus, Theophilus, Anatolius, immo in scholis versabantur: nec potuerit in hoc negotio esse vlla prudentior electio. Quid facerent soli professores? quomodo insueta sustulissent? controuersa determinassent? consueta tractassent? Ista professoris in Academijs non noscunt. Quid? an ipsi maximi Iurisconsulti omnes aulici non fuere? non in rep. vixerunt? Non excurro. Hac quoque satis, ne te professor Wesembecius in non bonam opinionem de hisce compilatoribus ducat, qui ea de aula, rep. & scholis scribebat. Magnum nostris diebus infortunium, quod legum doctores in hoc suam egregiam operam ponunt, quemadmodum viles

In Const. tanta.

De stu. iu. rec. inst.

faciant

faciant libros noſtros. At cum antinomijs, & hoc poſtremo nouitiorũ artificio maneamus. Vtinam, quod iſti exoptant, volumina extarent veterum: fortè.n. ita videremus eos locos immutatos, qui tum pugnæ vitium non effugiebant, vt ex ipſa immutatione appareret, rectè ad omnem conſonantiam directos, enucleatos, compoſitos. Interim, vt finem his faciam, pugnantium legum adſertio maximè eſt aliena a profeſſoribus iuris. Via eſt, quæ grammaticum trivialem deceat potiùs, quam Iuriſconſultum. Quod Duarenus, Coraſiuſq;, veriſſimè etiam dicunt: nam & alij, & nos omnium vltimi nodos illos inſolubiles, nequidquam hoc Alexandri gladio admoto, ſoluere poſſunt rectiſſimè, & ſoluemus ſuo tempore. Præter has quinque rationes, quæ vt omnium nouitiorum ſint, eas tamen præcipuè quidam tenent, eſt & alia componendi antinomias ratio; quam Alciatus docet lib. 6. cap. 14. Pareg. & ſolus ipſam non ſequitur. At mihi non placet; quia & reliquæ leges, non tantùm deciſiones illæ quinquaginta, poſſunt alijs eſſe contrariæ, ac etiam facilius poſſunt eſſe, quòd difficilius longè ſit in longo opere vitia cauere, quam dum vna aut altera conſtitutio fiat. Nec. n. aut dicere oportet, aut nos propterea credimus, antinomias nullas eſſe in iure noſtro, quoniam hoc adfirmaſſet Iuſtinianus; verùm ob alias cauſſas, de quibus fuit nobis in dialogis ſermo. Hoc dicimus quod etſi verè pugnarent aliquæ leges, non eſſe tamen adſerendas

D. in l. cetera §. 1. de leg. 1. C. lib. 6. Miſc. cap. 16.

pugnan-

pugnantes : quia Iuſtinianus nullam eſſe antinomiam vellet : iubetq; rationem omnem iniri, ne ſit. Et faciendum igitur, tentandumq;. & vbi factum fuerit, ſi id quidem probè, tenenda eſt compoſitio : quidquid ſciremus certiſſimè, alium extitiſſe ſenſum auctori. Tantum .n. in multis ſimilibus cauſſis, & in hac ipſa videmus apud alios profeſſores fieri cum ſumma & adprobatione, & laude. Dixi quid fugere debeas, ſi ſit tibi aliqua antinomia conciliandа : immo etiam & quid conueniat ſequi. Nam vt quoque ſcribam, quomodo id ipſum fieri oportet, exſpectare non debes : quoniam nulla regula, nulla ratione, nullis præceptis poteſt ea tractatio concludi. Summa capita in vltimo dialogo indicaui : ijs tu ad ſpecies vtere : imitare alios : exerce teipſum; nam ingenio maximè abundas. Ego longiorem epiſtolam non facio. Vale igitur.

Legati definitio a Florentino tradita examinatur, & confirmatur,

CAP. XIV.

Legatum (*inquit Florentinus*) eſt delibatio hereditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum velit. *l. 119. de leg. 1. Ait verò Alciatus, definitionem bonam non videri, quia per tranſlationem ſit : hæc autem Ariſtoteli non probetur.* Lib. 9. Parerg. cap. 21.

probetur. Id diluitur facilè. nam ab eo philoſopho
In prin.lib.de Poet.& lib.1. Top. *non omnis damnatur tranſlatio, ſed quæ obſcuritatis aliquid habeat. etenim nec ipſe a tranſlatis abſtinet in definitionibus, ſi rectè accepi: nec abſtinendum a tranſlatis omnibus ſui peritiſſimi in propoſito docent. At ipſe & Alciatus docuit lib. 1. de ver. ſig. multa eſſe, quæ per tranſlationem dicuntur tam ſuo loco, tam appoſitè, vt propria dici mereantur. Et in hac definitione verbum* delibatio *adeo commodè poſitum videri poteſt, vt aliud omnino nullum occurrat, quod æquè valeat. Eſt notiſſimæ ſignificationis. Legata ſic dari plerunq; ſolent, vt longè maior bonorum pars ipſi ſuperſit heredi, hereditatiq;: quare delibatio quædam rectè cenſeatur legatum. Etiam cum per heredem ius vniuerſum, & ipſa defuncti perſona reddatur; per legatarios autem ſingularia quædam: quomodo hoc reſpectu delibatio non erit ſemper quodcunque legatum? quotcunque legata? Id dici oportet: non ad neſcio quas temporum*
Cuiac. *anguſtias cum nouis quibuſdam Rutilijs confugere, opinariq; Florẽtinum legem reſpexiſſe Falcidiam. Sic.n. non eſt definitum legatum ex ſua natura, nec vt ante legem Falcidiam erat, nec vt nunc eſſet, ſi vel iſta locum non habeat, vel a teſtatore prohibeatur. Quid etiam? Illáne delibatio erit, qua ex duodecim aſſis partibus octo ab-*
Lib. 4. Comiu.ciu.cap.9. *ſumuntur? Quod Connanus vix in temporalibus acciperet legatis definitionem propter hoc ipſum verbum* delibatio: *id ſanè fuerit hominis*

minimè

minimè Iuriſconſulti cogitare, tam. n. multæ ſunt leges, quæ probant deceſſionem, & acceſſionem fieri ex detractis, vel adiectis ad tempus commodis; vt in re aperta nec litteram ſcribere cogitem. Et de temporalibus igitur legatis rectiſſimè enunciatur verbum delibatio. Eſt delibatio hereditatis. *Non eſt itaque titulus vniuerſalis, ſed quid particulariter acceptum ex vniuerſo.* Ex eo, quod vniuerſum heredis foret. *Quod iure vniuerſali fuiſſet heredis. ſic. n. accipitur hereditatis definitio alibi poſita. At aiunt quidam.* Ex eo, quod vniuerſum heredis foret. hoc eſt, ab herede: vt ſi ex herede, & ex hereditate, & ex teſtamento. *Nos progreſſionem penitus inficiamur, quoniam & res aliena legatur; & hæc propriè non dicitur ex hereditate. l. tantum. de ver. ſig. & arg. l. 1. §. pe. & vlt. de inc. rui. naufr. Item ſunt heredes, hereditateſq; etiam ab inteſtato: vt non ideo ex teſtamento, etiam ſi ex hereditate. Scio aliquid commentabuntur ſecundùm antiqua iura. Sed hæ nugatoriæ artes ſunt. Illud magis vrget, quod de teſtatore in definitione ſcribitur: & hic eſſe non poſſe videtur ſine teſtamento. Verùm ſcire oportet, teſtatoris & teſtamenti nomen non prorſus accipiendum in illa ſtricta ſignificatione, qua ſola heredis inſtitutio contineatur: nam & legata codicillis relicta non comprehenderentur in iſta definitione. quod dandum non eſt; ſi poteſt aliter. Ego latiùs eas voces accipio pro omni vltima voluntate, & omni, qui vltimam*

Cuia. in Parat.

quamuis dispositionem conficiat. Vt. n. mittam quod dicitur in prin. tit. Inst. de testa. certè vltima omnis voluntas testamenti nomine significari potest. quod post alios multos firmat Las. in l. non codicillum. C. de testa. & ego adfero expressum illum textum in l. 1. §. 2. & per totam. D. de tab. exh. Et si testamenti significatio talis esse potest: profectò & testatoris: aut non valet argumentum a coniugatis. Tantum autem vellem, postquam iusta interpretatione potest; & ita sit ne definitio manca habeatur in hoc iure, quo hodie vtimur. Nec verò mouere nos debet quod & Modestinus scribit in l. 1. qui test. fa. poss & quod ad Modestinum, eamq; vocem, iusta, commentantur interpretes. quoniam nec istorum commenta subsistunt, si ea vox potest & quod ipsi vellent, & alia etiam quæ narrant propriè etiam continere. Iusta omnia dicuntur, quæ sunt ex lege Arist. 5. Eth. vt non magis iusta sententia dicatur heredis institutio, quàm legatum, cetera. Et viderunt quidem homines acutissimi, aut addi ad Modestinum oportere, si testamentum in stricta significatione volumus definitum; aut definitionem illam non esse. Nostra sententia de ea l. 1. sanè quam confirmatur, & ex tituli generalis natura, & ex l. 16. Non. n. ille tractatus de institutionibus, sed præcipuè de personis, quæ vltimas possunt condere dispositiones. Etiam l. 16. quid non stat in nostris partibus apertissima, dum Marcellus ait, Furiosus testamenti factio-

factionem habet, quia potest sibi adquirere legatum vel fideicommissum. *Accipe argumentationem. Is, cui legatum datur vel fideicommissum, in eo quod iste capit dicitur testamenti factionem habere. Ergo qui legatum dat vel fideicommissum, in eo quod iste dat fecisse testamentum dicetur. Modestinus igitur institutionem heredis minimè definierit: & pro nobis manet. Sic omnes vltimas voluntates tenet Florentini definitio. Quod nos rectè volumus, quia iure isto nostro non tantùm testamento possunt legata dari, sed in omni vltima voluntate: nam etiam nutu. l. nutu, de leg. 3. l. 1. de leg. 1.* Adde l. 20. de adim leg. &c.

Altera legati definitio excutitur, & probatur.

CAP. XV.

LEgatum (*ait Modestinus*) est donatio testamento relicta. *Et Iustinianus:* Est donatio quædam a defuncto relicta, ab herede præstanda. *Et hæc latior videri potest. Sed re ipsa nec deest priori aliquid. Nam quod pro* testamento *hîc dixerit imperator*, a defuncto: *quid id est aliud, nisi quod doceat, testamenti nomẽ sic esse in definitione Modestini, et testatoris in altera accipiẽdũ, vt ego dixi? Et nulla erit de hisce primis disputatio. Contra illa expediunt suas vires nouitij, quæ sequuntur.* ab herede præstanda.

Duarenus, Balduinus, Hottemanus, Wesembecius expungenda hæc verba non vno argumento contendunt. Sed primum, quod ex Theophilo proferunt, ineptum est adeo, vt nihil supra. nos lectorem remittimus ad cap. 1. lib. 2. subs. lect. Contij, & ad eiusdem epistolam, quæ est Codici abs se emendato præfixa. Secundum Balduini argumentum fuit, quia & ab ipso testatore legatum præstari potest. l. Lucius Titius de leg. 2. & nec istud quidem alicuius momẽti, nam docent Bartolus, Castrensis, quidam recentiores legatum in proposito non esse. Tamen quia istorum documenta non probo vel per l. eas res. D. pro lega. iccirco dicendum est, testatorem non sic legare, vt ipse etiam præstet. id verò intueri oportet: aut nec matrimonij definitio quidquam valet, cum consuetudo illa tollatur non infrequenter, de qua Inst. de nupt. Tertium itaq; mouet Hottomanus ex l. legatum. 80. de leg. 2. vbi scribit Papinianus, legatæ rei dominium recta via ad legatarium trãsire: nũquam ea in re exigi heredis factum. Quod est & ipsum inane. nam de puro legato, nec generis, nec quantitatis, similiumúc loquitur Papinianus. adeo vt si istam definitionem acciperemus secundum eam legem, definitio certè esset inepta nimis. Præterea, factum heredis etsi in puro speciei legato non requiritur, vt dominium rei legatæ transeat; vt tamen illud legatarius habeat, planè requiritur. l. non dubium. C. de lega. l. 1. D. quod leg. Et rectè monuit Vigilius, ea verba executionem

nem denotare. quod fieri in definitionibus, nec nouum est. At non ſolam quoque executionem in alijs, non ſpeciei, legatis. At aliam quoque vim ipſorum eſſe dicemus capite proximo. Interim Hottomanni argumentum non obſtat. Et eſt etiam fractum alterum Weſembecij ab Vigilij interpretamento. Alterum itaque Weſembecius intorquet. Legatum (inquit) non ſolum ab herede, ſed a legatario, fideicommiſſario, exheredato etiam præſtatur. Durum ſpiculum ſcilicet. nam heredis nomine omnes ſucceſſores non comprehenduntur, ſiue iure ciuili, ſiue prætorio, ſiue directè, ſiue per fideicommiſſum, ſiue ſit etiam particularis. an ab exheredato legatum datur, qui honoratus non fuerit? Stat vndiq; comprobata definitio.

L. 170. vbi Alc. D. de ver ſig.

Legati definitiones non conueniunt donationi cauſſa mortis. & continent fideicommiſſum.

CAP. XVI.

NEc Florentini definitio, nec Modeſtini poteſt donationi cauſſa mortis cõuenire. Nam hanc excludunt illa verba, hereditas, teſtator, teſtamentum. *Et in definitione Iuſtiniani etiam illa,* ab herede præſtanda. *Eſt. n. donatio cauſſa mortis, vel dum conficitur, diſpoſitio de rebus viuentium, ſecundùm eam opinionem (ne ego diſputem) quam totus orbis terrarum tenet:*

Cuiac. *vt loquitur Ias. in l. 2. num. ij. de leg. i. et a defuncto res traditur in donatione cauſſa mortis: non preſtatur ab herede. Inſt de donat. Hic igitur riſum non teneo, dum traditionarius quidam verba iſta vltima definitionis Iuſtinianeæ retinenda cenſet, quaſi ipſa ſint nobis a maioribus per manus tradita, et ſapiant prudentiam antiquam: definitionem hanc tamen credit & donationi cauſſa mortis aptam eſſe. At datio etiam hereditatis excluditur iiſdem verbis,* ab herede præſtanda, *quid. n. datio hereditatis dici nequit donatio? Et hoc vrget contra Modeſtini definitionem magis: nihil facit contra alteram Florentini. tamen hereditas dici donatio non poteſt ex his, quæ ſupra attigimus cap. 5. Fideicommiſſum continet vtraque definitio: nec repugnat verbũ,* dono. *poteſt n. hoc et directè poni et præcariò: ſi verba præcaria ſunt, quæ declinãt a directis. ecce.* Heres dones, donabis. Heres donet, donabit Sempronio centum. *an hæc declinantia non dicuntur, inflexa, obliqua? igitur per verbum,* donãdi, *eſſe fideicommiſſum poteſt. Sed in l. miles, de leg. 2. cur iſta ſententia non probetur? Securè ea ibi diſpoſitio appellatur nomine fideicommiſſi nec propter verbum,* donare, *quæſtio vlla apud Papinianum. An eſt legatum? ſibi is contradicet, ſi dicet, qui fideicommiſſi nomine legatum nunquam venire docet. An etiam poterit antiquarius credere, in epiſtola legatum dari? Bis ibi fideicommiſſi nomen, nullum aliud, vſurpatur: et precaria re-*

munneratio

muneratio appellatur. Est igitur fideicommissum eo loci. Dantur per epistolam legata. l. quæsitum. 78. §. 1. de leg. 3. l. alumnæ. §. fi. de adim. leg. Dantur maximè fideicommissa. l. cum quis. §. pater. & seq. de leg. 2. l. 7. C. qui test. fa. poss. cum simil. & l. 22. C. de fid. & l. 1. C. de cod. vbi ipsa hæc epistola litterarum nomine significatur. vt etiam in l. pe. §. vlt. D. de bo. poss. sec. tab. fortè & alibi. Adscribebatur autem ferè semper dispositio cum verbo, donandi. *quod ex illis legibus patet; & ex l. testamento. 89. in prin. de leg. 2. & l. cum pater. 77. §. donationis. cum reliquis. quæ igitur causſaest, vt verbo* donandi *subniti fideicommissum non possit? Dispositio, in qua sola seruatur voluntas. l. pe. de leg. 1. Sed risu iucundissimo finiamus istam disputationem, rogemus hominem aduersarium: figuram, an vim referat definitæ rei definitio, & substantiam explicet, essentiamq;. Sed fideicommissum quid est aliud, quam liberalitatis & donationis species? Esto, fieri non valeat per verbum* donandi; *quod est falsum: an propterea non dicetur donare, qui fideicommissum reliquit? & cur donat magis, qui legat? Non est quidquam omnium interpretamentorum crassius.*

l. cum non facilè. si cui plus quam per &c.

Ad l. 1. D. de leg. 1.

Cap. XVII.

TOrquet omnes l. 1. de leg. 1. Quoniam Iurisconsultorum tempore fuerint etiam multa differentia inter legata & fideicommissa: vt non sit verisimile, dicta hæc ab Vlpiano iuris consultissimo. Quoniam se eius autorem exæquationis asserit Iustinianus, vt nec propter hanc rationem adseratur rectè lex ista iurisconsulto. Quoniam & hodie notentur diuersitates inter istas dispositiones. Summa hæc sunt capita; quæ dum aut non attinguntur omnia, aut confuse tractantur, mirum non est, si Bexutius, si Iason affirmant intricatam esse tractationem, & in qua animi iuuenum vix conquiescere possint. Nos verò ad hãc formam breuiter, & dilucidè. Quod ad tempora Iurisconsultorum attinet, nulla esse difficultas debet: nam lex ista præsens respicit tempus, quo ibi reposita est. Exæquata sunt, *ait; ostenditq; fuisse ante, cum paria non essent. Et scriptum id fuisse ab Vlpiano, nec est a vero dissimile, vel si priora tempora respiceremus. Etenim propriè diuersorum dicitur exæquatio: & illa talia esse nequeunt, si nomine tenus, non etiam natura sunt diuersa. Ita inter illas differentias, cum legata a fideicommissis, vel contra commodis viribusue non superarentur; habuerintq; se inuicem (quod dicitur) veluti excedentia, & excessa:*

exceſſa: quid exæquata per omnia non dicemus? hodie tamen non is eſt ſenſus. l. 1. Poſſunt præterea immutata eſſe Vlpiani verba; & eſt ſuſpicatus Accurſius. Poſſunt etiam non eſſe mutata, vt nec illa in l. 8. de cond. Inſt. vice legatorum fungũtur. *in l. 3. de bo. lib. in l. 1. ſi quid in fra. patr. & illa Iuſtiniani,* ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia. *omiſerint ſcilicet cõpilatores, ſi quæ ad iuris enucleati conſonantiam deinde non faciebant. Quod alij opinantur de lege Falcidia, alij de interdicto Quorum legatorum, ego & cum ſimilibus diuinatoribus amodo relinquo. In ſecundo capite & illud probè obtinet, quod de exæquatione diximus, & indicatum nobis ab Alberico eſt: & facit hîc ne Vlpianus contradicat Iuſtinianeæ adſertioni: vt cuius ſit alia exæquatio, alia fuerit Vlpiani: Iuſtinianus ſiquidem faciat eadem, Vlpianus paria.* Alciatus, *Viglius, alij aiunt caput iſtud deeſſe in antiquis libris. Duarenus ex manuſcripto Imperatori adſcribit, & hunc vehementius ridet Cuiacius. Nulli auctori deſignat ex alijs codicibus Mynſignerus. Sed omnia verè ridicula, & Vlpiano omnino vindicat.* Aug. *lib. 3. emend. cap. 9. Alij autem alia ad iſtam quæſtionem comminiſcuntur. Concluſio ſit, vt rectè exæquationem hanc a ſe primùm inductam affirmet Iuſtinianus; non modo quia dixerit ſua omnia, quibus auctoritatem impartitus eſt ſuam, quod Coraſius ex recentioribus ſcribit, ſed quia efformauerit, in aliũ ſenſum omnino deduxerit Vlpiani verba,*

Inſt. de donat.

Lib. 5. Miſc. cap. 17.

verbâ, quàm fuerint ab ista prolata. At non sum in his diutiùs. Vltimum vtilius est caput. Si per omnia exæquata sunt legata fideicommissis, vt eadem facta sint: quid est, quod etiamnum aliquæ, maximè inter legatum et fideicommissum libertatis, nec ipsæ leues differentiæ notantur? Sudant omnium ingenia. et ipse decem amplius reperio traditas definitiones. In quibus vel commemorandis, vel confutandis chartam frustra non perdo. An dixerim, solutionẽ Duareni constare ex Perticensi, Bartolina, Zasiana? An Cuiacij cõmentum de geminatis illis, in omnibus et per omnia *ex Alexandro esse? mitto reliquos. Refero quod Vaconius lib. 4. decl. iur. ciu. decl. 53. in proposita difficultate scribit, non reperiri scilicet in iure phrasim hanc,* legò libertatem: *igitur nec differentia esse possit inter legatum et fideicommissum, quantùm ad libertatem attinet, qui vnus casus maximé obijcitur: quomodo. n. erit differentia, si nec illud est,* lego libertatem. *Fucum facit. docent alij phrases immo eius generis in iure reperiri. at non reperiantur: an nec legatum libertatis, legata ideo libertas non est? si est; et est fideicommissa libertas, et est inter has differentia, certè quod de phrasibus is dicit nil iuuat nos in difficultate. Si mihi locus ullus est post tot ingenia præclarissima, dicerem ipse quidem hoc modo. Est et apud iurisconsultos, et apud Cæsares legatorum, fideicommissorumq; diuersa tractatio. et, ne innumeros prosequar locos, hinc titulus de manumissis testamen-*

Duar. per l. 6. §. vlt. de her. inst.

teſtamento, titulus de fidei commiſſarijs libertatibus. ille in Codice de condicionibus inſertis tam in legatis, quàm in fideicommiſſis, & libertatib. hinc vt vnum recenſeam etiam locum priuatũ, Paulus ait, in generali repetitione legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente legis XII. tab. *l. 80. de ver. ſig. vt non ex verbis. ita nec iſtam l. 1. de leg. 1. acceperim ego, vt quidquam de libertate dixerit. Nam aut Apollo vna cum Muſis non componeret diſcrimina fideicommiſſæ ac directæ libertatis. Tantum mihi veriſſimum videtur. et ſi ſic tollitur, quod de libertate controuertunt; certè ſoluta eſt omnis difficilis altercatio: nam quod de vſufructu, reliquiſue producitur, totum tollitur facilè nimis. Si tamen mea ſententia non placet: ego quidem probo maximè Iaſonis ſiue Zaſij ſolutionem, vt non ad normam Dialecticam nos noſtras leges interpretemur. nam et Iulianus ait quandoque*. Semper ſexus maſculinus fœmeninum continet. *l. qui duos. de leg. 3. an tamen ſemper?* Generaliter *(inquit Paul.)* in omnibus prætorijs ſtipulationibus & procuratorijs ſatiſdatur, *l. 3. D. de prætor. ſtipulatio. An citra vllam exceptionem?* In omnibus vice heredum bonorum poſſeſſores habentur, *Vlpianus hic in l. 2. de. bon. poſſ.* Nullum patris delictum innocenti filio pœnæ eſt. *l. 2. de decurio.* Dotis cauſſa ſemper, & vbique præcipua eſt. *l. 1. D. ſol. matr.*

Sem-

Ang. in rub. Semper & vbique *dixit*; *& tamen accipitur ac si dixisset*, regulariter. Illud generaliter meminisse oportebit, donationes mortis caussa factas legatis comparatas. quodcũque igitur in legatis iuris est, id in mortis caussa donationibus erit accipiendum. l. 34. *de mor. ca. don.* An *hæc Vlpiani indistinctè? an alia quamplura?* Furiosus per omnia & in in omnibus absentis loco habetur. *Iulia. l. 2. de iu. cod. an adeo verum, vt nunquam falsum? Admodum est frequens & in iure nostro, & apud alios auctores, vt vniuersaliter adseratur, quod est adeo regulare, vt vix in vno, aut altero verum non sit. Et ita nec legatum fideicommissumúe libertatis a sententia huius legis excluderetur. nam vt indistinctè exæquata & ista non sint per omnia: tamen in omnibus ferè sunt; quod etiam scribitur disertis verbis in l. 40. de ma. testa.*

Errores quidam.

CAP. XVIII.

DEmonstrauimus (ni fallor) in multis, vt in iure malè versentur interpretes quidam recentiores, nunc tot addam; qui scilicet decadem alteram expleant. Ex eo, quod matri ad secundas nuptias transeunti denegat lex pupillorum educationem, vitiosè colligi, inquit Cuiacius, & vitrico dene-

Lib. 6. Obs. cap. 29.

denegandum. habet autem ex iure argumentum, quod ab Accurſio accepit, & hiſtoriam ex Dione. De hiſtoria generaliter aliàs in Pomponio. argumentum nihili eſt; quia lata ſit differentia inter tutelam et educationem. eſto enim vitrico non denegetur tutela; an eadem erit ratio, vt nec denegetur educatio? Educatio & apud matrem ſit, ſociam viro diuinæ & humanæ domus, ſi apud vitricum fiat: tutela ſi apud hunc ſit, ipſa apud matrem non eſt. in educatione igitur vt illud periculum verſetur, ne mater vel filiorum vitam nouo marito addicat: ita in tutela non obtinet. ipſe igitur minus ſubtiliter, non alij vitioſè. Gloſſarius de regionibus vrbis accipit, quod eſt in l. 1. §. vlt. D. de off. præf. vr. & id non probat Cuiacius, quia non credit regione tantùm aliqua vrbis interdicere moris fuiſſe. Sed an negotiatione, profeſſione, aduocationibus, foro, ſpectaculis non interdicebatur? ne quis certis perſonis adeſſet, ne apud certum tribunal poſtularet, ne certum quod inſtrumentum conficeret, ne certo quodam loco ſederet? Non ſunt hæc ſimilia? Præſes ita damnare poteſt, ne domo ſua quis procedat. l. ſi. de int. & releg. Solet interdici quibuſdam, ne intra patriæ territorium, vel muros morentur, ne excedant patriam, vel morentur in quibuſdam vicis. l. relegatorum. §. ſolet. eo. Facit, ſi quid antiquorum morum Italis eſt, quod in Italia vt omnes ſupraſcriptæ pœnæ nunc etiam ſolutæ ſunt, ita ipſa hæc frequens eſt admodum. At quid præterea? ait, Italia omni præſe-

l. 22. C. de adm. tut.

Lib. 2. Obſ. cap. 14.

l. moris de pœn.

Not. ad l. quod iuſſit. de re iud.

præfectum vrbi interdicere posse. & ego contra di-
d.l. relegato- *sputo in hunc modum. Interdicere quis ea prouin-*
rum & l.vlt. *cia potest, quã regit; alia non potest. Sed aut extra*
de off. præf. *vrbẽ non est præfecti iurisditio, aut certè intra cẽ-*
vrb. *tesimum lapidem cogitur. Ergo præfectus non po-*
test omni Italia interdicere. Vindicationẽ pro vin-
dicta interpretatur in l.7. C. de reu don. & tamen
nemo vnquam ex Imperatoribus in toto Codice i-
ta loquutus est. quid si dixerim, nec in Pandectis
visam mihi illam vocẽ significatione illa? Verùm,
quomodo mater in d.l.7 suam iniuriam vlciscatur
potiùs, quàm rem persequatur, si nec viuo filio age-
re potest ad rem alienatam recuperandam: & ta-
men vlciscetur maximè filium eo facto?

Elucidatur l.1. de leg.2. & l.1. de re. dub.

Cap. XIX.

Legatum ita dari potest, si Titius in Capitoli-
um adscẽderit Sempronio ex do lego. dari ita
non potest, Si Titius voluerit. l. si quis. 68. de her.
inst. vbi & differentiæ dicitur, quia in priori non
fuit expressa Titij voluntas, quæ in altero exprimitur. differentiæ autem ratio est, quòd in volun-
tatem Titij legatum ibi veluti condicio confertur.
l. in facto. de cond. & dem. Rectè itaque definit
Vlp. in l.1. de leg.2. In arbitrium alterius cõferri legatum veluti condicio potest. *Et argumentum*

gumentum eius est, quod sequitur. quid n. interest si Titius in Capitolium adscenderit, mihi legetur, an, si voluerit? Hoc vnum scilicet, quod illic in arbitrium Titij veluti condicio legatum confertur; hîc expressa eius voluntas appellatur. si igitur illud valet, istud non valet; & non est alia eorum differentia, quàm quod veluti condicio est collatum in alienam voluntatem prius; sequitur, vt possit legatū conferri in arbitrium alterius. Hic planus est, certusq; intellectus. quare insulsè adiungatur negatio; & quia pro quid etiam subijciatur. At ex l. 1. de reb. dub. expungunt recentiores quoque negationem. Verùm & id malè. Erat testatori quidam fundus, qui Meuianus dicebatur: cui etiam nomini alia quædam prædia solebant accedere. iam illum, aut Seianum dari testator voluit. & legatarius quidem ipsum Meuianū petebat, sed cum reliquis prædijs: heres autem prædia dare nolebat. quare cōsulitur Papinianus. Et pro legatario fecerit; quòd eo nomine non solùm fundus ipse sic appellatus testatori significabatur, verùm etiam & ea prædia solebant accedere. pro herede illud stat, quod non vniuersæ possessionis, & σὺγκτησις prædiorum (vt loquitur alibi Scæu.) nomen illud erat, sed fundi vnius; vt vnus hic debeatur solus. At pro herede respondet Papinianus, fuerit q; ratio, quoniam sicut fundus vnus non censetur plura esse, quòd facilioris locationis gratia diuisus sit, et diuerso nomine appellatus l. Caio. 86. §. vlt. de leg. 2. ita plura vnus non cēsēatur. quòd

Hot. lib. 1. Obs. c. 3.

l. alumnæ. de ad. leg.

quòd omnia sub appellatione vnius rationibus demostrarentur. etsi. n. id multum sit, non tamen satis: at adiuncta vni illi, et vnita alster quoque esse oportet .l. cum fundus de leg. 2. l. prædijs. §. Titio. de leg. 3. l. Seiæ. §. Tirannæ. de instr. vel instr. leg. Sed in l. 1. de re. dub. nec coniunctio proponitur, nec quoq; ipsa appellatio communis. Igitur non videntur cetera prædia legato cedere. Verùm a legatario contra dicitur in hunc modum. optio posita est in eo legato. & hæc non solet esse inter res magnò distantes. magnò autem distat Mæuianus a Seiano fundo, si ita respondendum sit Papiniano: nam fundi Seiani precium longè excedit ita definiti precium Mæuiani. Heres ad hoc. optio est etiam rerum maximè distantium. l. si ita. 43. l. Lucio Titio. de leg. 2. l. planè. §. vlt. de leg. 1. l. si. Titio. de vsufr. leg. l. non ad ea. de cond. & dem. quod isti recentiores non animaduertunt, & nec rationem huius optionis; quæ est in l. libertus. de bo. lib. l. 1. §. sed si rem. D. si quid in in fra. patr. l. si cui. 54. de leg. 2. cum sexcentis. At isto casu pro legatario ſ. C. inquit se vt supra respondisse, si fundi Seiani precium a fundi Mæuiani precio non magna pecunia distingueretur. nam isto casu contrarium diceret; quia vt possit optio rerum etiam longè differentium esse; non tamen sit in dubio. Hæc duo exempla ad id sunto, vt videant studiosi, qui sint illi, qui, vt ius intelligant ipsi, illud peruertunt, & contaminant etiam ridiculè.

ALBERICI GENTILIS.

Lectionum & Epistolarum *quæ ad ius ciuile pertinent.*

LIBER II.

LONDINI
Excudebat Ioannes Wolfius.
1583.

Guilielmi Gageri.

Alterius quiſcripta legis, dáſque ipſe legenda
Non doctrina tibi? non tibi candor ineſt?

EDVARDO DIERIO
Viro Clariſs.

Albericus Gentilis. S. P.



Ides, Eduarde Dieri Clariſs. quantas ego Angliæ veſtræ gratias debeam: a qua tantum tandem otij datum eſt mihi, vt libris etiam in vulgus emittendis ſupereſſe poſsim. Multis equidem nominibus LVDOVICO ILLVSTRIS. DVCI WIRTEMBERG. multis etiam LVDOVICO ELECTORI PALATINO ILLVSTRISS. deuinctus ſum: per quos minimè aliquando ſtetit (quæ eſt Principum Germaniæ, & horum ſingularis humanitatis laus) quominus vèl in Tubingenſi, vel in Heydelbergenſi nobilibus, florentiſsimiſque eorum Academjs & ab exilio meo conquieſcere, & honeſtiſsimis etiam condicionibus Ius hoc ciuile, in quo me exerceo, profiteri potuiſſem. Excepit WIRTEMBERGENSIS me benigniſsimè; diſcedentem honorifico Academiæ ſuæ teſtimonio ad PALATINVM eſt proſecutus, munere etiam donatum ampliſsimo. PALATINVS quid non dedit? vniuerſum ſenatum Academicum præſtare nobis conuiuia, præſtare alia munificentiæ & beneuolentiæ officia Princeps maximus voluit. Quoties tantam Germanorum benignitatem, liberalitatémque recordor (recordor autem ſæpiſsimè) ardeo quaſi deſiderio totus alicuius edendæ ſignificationis animi mei, qui erga nationem illam & illos Principes incredibili beneuolentia, ſtudio, & amore maximo inflammatur. Ita mirum in modum Germanis debeo. ſed profectò & Anglis ſummopere obſtrictus ſum: in quorum terra & omnia eiuſcemodi habeo, & non vt apud illos quaſi viator, verùm quaſi vnus

eorum iam sic triennium viuo, vt parum absit (magnum dico) quin ipsius Italiæ, adeóque patriæ meæ, cognatorúmque omnium me quædam obliuio capere videatur. En post Dialogos, primúmque Lectionum & Epistolarum librum, iam secundum emitto, fructus certè illius otij, quod facit Deus nobis & Anglia. quo enim pacto sine summa tranquillitate breuissimo hoc paucorum mensium spatio efficere ista potuissem. nam effeci, & nec muneri meo Academico (muneri difficillimo) quidquam subtraxi. Vt verò mihi non multum, immo vix parum adsumere possim; credámque meas istas lucubrationes non esse tanti, vt minori etiam tempore dari non valuissent: ita certè sentio, eas iuris studiosis nec propter noua multa, quæ habent, ingratas, nec propter argumenta, quibus constant, inutiles protinus esse. In manus autem hominum peruenerunt, vt possint, qui debent, de omnibus non incommodè iudicare. Hunc secundum librum & nomini tuo inscriptum volo: & cur velim, vt non vna sanè causa est, ita si hîc non recenseo, ac tua omnia non fortunæ solùm, & corporis, verùm & animi bona præstantissima, prudentiæ singularis dotes, rerumq; plurium cognitiones non enumero, studiáque in me collata: aut eò factum referatur, quòd nota illa ex se ipsis esse videntur, indiéque magis sine alterius cuiusquam suffragio innotescunt; aut quòd non panegyricum tibi, vel gratiarum actiones, sed epistolam scribere volui, eámque, quæ beneuolentiæ in te meæ, obseruantiæq; titulum præ se ferret, & meas quasdam rationes explicaret, quibus & teneor, & placet per oblatas cunctas occasiones, quantum omnino possum, satisfacere. Tu munus, si ipsum intueberis, ne spernas velim: at animum potiùs (quod & solet dici) respicias. quoniam si vel tibi, vel alijs, quibus gratus esse maximè cupio, maiora præstare potuissem, nunquam hæc sustinuissem tenuiora deferre. Ipsa igitur, quanta sint, tu habe, boni consule digniora vel accepturus a Gentili tuo, ac vale. Oxon.

VI. KAL. SEPT. M.D.LXXXIII.

ALBERICI GENTILIS

LECTIONVM ET EPISTOLARVM, QVÆ AD IVS CIVILE PERTINENT

LIBER SECVNDVS.

Si condicio aliter impleri potest, quàm per mortem honorati, an locus sit cautioni Mucianæ.

CAP. I.

VIdo Pancirolio I.C. clariss. Albericus Gentilis S. Habes en literas ex vltima vsq; Brittannia, Vide Panciroli doctiss. Et si non ab Modestino habes, quemadmodum de Dalmatia alter. certè tamen ab eo, qui, & auunculi sui Nicolai Petrellij I.C. testimonio, & ipso celeberrimo virtutum tuarum nomine adductus, te in presentia velit eligere, quem in difficili (vt sibi quidem videtur) quæstione consulat, & sententiam roget. Est in tractatu Mucianæ cautionis, Si condicio impleri aliter potest, quàm per honorati mortem, num sit aliquando huic cautioni locus. Et faciunt in deliberatione negotium mihi l. 4. de cond. inst. l.

Mucianæ. & l. 67. de cond. & dem. quæ vt cum alijs consentiant dicentibus, cautioni locum non esse, quando illud accidere potest, si istæ esse ostendunt, ego vix dispicere possum. Sunt aliæ l. auia. §. Titio. l. cum tale. §. Titius. l. pater. §. socrus. l. hoc genus. de cond. & dem. Inania autem (mea quidem opinione) antiquiorum commenta sunt; qui, si tristis casus expectandus esset, cautionem admitti volunt, vel si viuo honorato impleri conditio valet. idq; per l. cum tale. in prin. & l. Mucianæ. in eo exemplo, Si Stichum non manumiserit, *ac socias supradictas. Quæ enim obsecro ista coniunctio filiorum & serui? Quî triste magis est, mortem seruuli expectare, quàm hominis liberi, mariti? Ego vt ab illo quasi constituto iure eximam casus l. cum tale. propter eas, quas ibi rationes scribit Papinianus: ita dum has rationes non video in casibus l. Mucianæ. et aliarum, sanè sum anceps valde. quòd nequeo prorsus statuere, quò ipsos profram. Quidam Italoconsultorum mastiga ait, in l. Mucianæ. ceteríque legatum apertè in tempus mortis seruorum non conferri: & ipsum id in reliquis fieri de morte aliorum. Rides. possum scilicet & ego ridere, nec enim vt arbitror, apertè magis confertur legatum in mortis Titij tempus in l. hoc genus. nam vt ibi Iulianus dicat, hoc genus legati,* si Titio non nupserit, *perinde habendum ac si post mortem Titij legatum esset: non tamen dicit, vel esse, vel videri legatum hoc apertè magis collatum post*

Cuia. li. 5. obs. c. 2.

mortis

mortis tempus, quàm sit alterum, si Stichum non manumiserit, non alienauerit. *Et dici, quantum video, non potest. At non ista tecum: quæ Commentariorũ meorũ* de cõdicionibus & demõstrationibus *sunt, quos iuris studiosis nunc scribo: quósque dum absolutiores prodire cupio, sic te, tuósque similes eruditissimos iurisconsultos appello, vt laboranti succurant, & veras certásque difficultatum solutiones commonstrent, nec enim aut facti pudet, aut suis locis pigebit narrare, per quos profecerim. Mihi in isto articulo (ne quid te omnino celem) etsi penitus non satisfaciat, id est, quod in presentia potest in mentem venire. Excipio, qui verè, diserteq; collatus post mortem est, casum. l. cum tale. §. Titius. & in ceteris opinor ita posse concludi: vt locus cautioni non sit, sed mors aliorum debeat expectari; non tamen mors serui in exemplo l. Mucianæ. ac sociarum. in istis siquidem factum ipsius honorati quæritur solùm; de ea videlicet re disponenda, quæ tota ab honorati voluntate pendet. in alijs hoc non est. nec enim solo suo facto potest mulier in casu l. hoc genus. condicionem perimere, vt alter honoratus potest seruum alienare & manumittere; quòd nec eius sola voluntate nuptiæ possint esse. Rursus ea est in l. hoc genus. condicio, quam alius potest efficere, vt impleta sit, etsi ipsa honorata maximè nolit, Titius scilicet. at nemo id potest alius in diuersis legibus. Sic in casu. §. socrus. potest quidem nurus condicionem sola perimere; at non vna ipsa*

potest implere, quæ aut cum marito implet simul; aut ab hoc solo fieri etiam potest, vt impleta censeatur condicio, si ipse culpam diuortio præstet. Quid ad. §. Titio. dixerim? tota illa condicio ex casu est. itaque cautio non præstatur: quia inepte de alieno facto. Ita dum casuum diuersitates considero, duas has reperio tantùm, quod serui siue alienatio, siue manumissio tota vndiquaque ab vnius voluntate pendet; reliquæ condiciones non pendent: & quod mors serui rei est, super qua impleri condicio debet; mors aliorum est, cum quibus debet impleri. Ex hisce factorum diuersitatibus si non sunt aliæ, differentiam iuris ipsorum esse oportet. Rationem autem opinor, quòd non ea voluntas, aut cautio attenditur istius voluntatis, quæ præstari potest; si & non implet sola, & non perimit sola condicionem: nam cautio hæc loco implementi subijcitur: & rationi consentaneum non esset, si talis non representaretur voluntas, qualis in certo ipso implemento requiritur, talem verò non habemus in speciebus supradictis, si rectè adnotaui discrimina casuum l. Mucianæ. similum q. 3 & l. hoc genus. ceterarum eiusdem rationis. Vnum obstat his omnibus reg. l. iure ciuili. quia scilicet cauebit mulier per se minus staturum, quin perseueret in matrimonio. cauebit se nuptias cum Titio non contracturam etiam si ille maximè velit. At crediderim ego, in iure hoc exorbitanti Muciano regulam d. l. iure ciuili, non obstinere. Item cum eæ condiciones non respiciant vnum,

sed

ſed plures modos, quibus impleri valent, aut perimi; ſanè videtur contra defuncti voluntatem fieri, & ipſius iuris Muciani ſententiam, ſi honoratus ad cautionem admittitur, quaſi non niſi vno modo impleri poſsit, de quo iſte cauet. Repetam exemplum, vt me melius explicem. Si Titio nupſerit. Cur locus dabitur cautioni? quo pretextu? quia mulier pollicebitur ſe non nupturam. quaſi & ſi ipſa velit nubere impleri aliter condicio non poſsit: ſi ipſe Titius nolit. Igitur non audietur mulier: quoniam cautio Muciana tum obtinet, cum impleri condicio nequit, niſi ipſius honorati facto. Appono diuerſum exemplum l. Mucianæ. Si Stichum non manumiſerit. Stichus facere non poteſt, vt impleatur, qui facere non poteſt, vt non manumittatur. l. ſi C. de teſt. ma. Meritò itaque ſatisfiet per cautionem condicioni. Sic, Vide doctiſs. ni vel tu, vel tempus certiora adferat, nunc ipſe exiſtimo controuerſiam illam poſſe non incommodè prorſus explicari. Sic gloſſarij opinionem non teneo, qui cautioni locum eſſe negat in ea condicione, ſi equum non alienauerit. nam differentiam non facio cum illa, ſi Stichum non alienauerit. cum vtrobiq; plena honorati voluntas verſetur. & ſeruus non equo tantum, ſed & aſino conferri ab ipſomet gloſſario ſolet. At vereor, ne multa dixerim, qui non dicere, ſed diſcere cupio & audire. Vale igitur, vir præſtantiſsime: & mea hæc nequidquā moratus, quid in iſta quæſtione cenſeas, ad me reſcribas.

D. de op. ſer. & in l. cum aliquis. C. de iu. de.

scribas. Qua de re rogarem equidem te pluribus, si illi humanitati iniuriam non facerem, quam a viris laudatissimis Pancirolio adscriptam & ipse aliquando alijs indicaui vel operibus editis. Itaq; vale iterum. Oxon. Non. Iul. 1583.

Disputatur de sententia. l. non omnium. D. de leg.

CAP. II.

OMnium amica l. non omnium, nec omnibus tamen nota ipsius sententia, nam ingenuè fateri potuerunt quidam, a se minimè intellectam vt glossarius, Odofredúsque retulerunt. Quàm pulchram quoq; historiam de Tholosano professore ad rem narrat Duarenus in disputationibus
Lib. 1. c. 22. *suis? Quod verò exemplum de legitimis quibusdam temporibus ponitur ab his, qui interpretari voluerunt, illud prima facie videri potest non improbabile. quæ enim eorum temporum ratio? Ego libenter aliquando potui doctissimum audire Tiraquellum, dum (vt solet omnia) copiosissimè tractat multa pro denario numero in libello de præscriptionibus. at nunc scio, quæ cuncta congerit, non esse in proposito pluris, quàm quæ de septenario sunt apud Alciatum alibi, & Duarenum*
A. lib. xi. Parer. c. xi. D. ad præf. Dig. c. 3. *Ista siquidem non iurisconsultorum sunt, sed verè Cabalistarum. Ratio vera est, quæ rem nunquam*

citra

citra eiusdem rei interitum dimittere solet. Hæ autem horum, similésue tractationes tantum de illis numeris non docent. Ast nec interpretum traditionem sequor, quia nec quisquam eorum temporum rationes exigeret: cum videat vnusquisque, ciuilis moderationis id generis esse omnia. Quid igitur? Lex non est sine ratione: quoniam ipsa ratio lex sit. l. cum ratio. de bo. damn. Ius idem sit omnino ex eadem ratione. l. 1. C. de lib. præt. l. a Titio. §. pe. D. de ver. oblig. l. 3. de iniuſ. teſt. cum reliq. Etiam si de priuilegio vel ipsis dato militibus producendo agatur. l. vni. D. de bo. poſſ. ex teſt. mil. Cessante quoque ratione lex cessat. latissimè Tiraq. in suo tractatu Cessante cauſſa. & ingeniosè Alciatus derogatum hodie credit l. 5. de rei vind. Nam Chrysulcæ aquæ inuentum ipsum tollit rationem, quæ ibi de ære & auro mixto legem facit. Videndus ille lib. 6. Parer. c. xi. Ceterùm in his diutius non immoror. Quoniam & Bartolus, qui per hanc l. non omnium. dixit de legis essentia rationem non esse, communiter est reprobatus. Duas credo legis huius interpretationes adferri posse. Et prima est, ne sine ratione dicamus vllam omnino legem esse: neq; id dici in eo contextu a Iuliano: at esse tamen multarum legum rationem adeo obscuram, & incertam, vt minimè ipsa erui, ostendi, reddi possit. Lex est prudentum virorum consultum. Est igitur cum ratione. Sed hæc ratio potest me, illum, multos quandoque latere, & exemplis non caremus, si

Alc. lib. 1. de ver. sig.

Gou.lib.2.var. lect.c.23. *si vel ipsum Bartolum intuemur, non pessimum, vt Lusitanus nouitius ait, sed optimum, vt docti omnes aiunt, iuris magistrum: qui tum ex alijs, tum ex se scribit non vno in loco, ignotas aliquarum legum caussas esse & rationes. Alios quid memorem? Quid huc adferam prope innumeros de eisdem caussis quæstiones? Satis patet in ambiguo esse, quæ nequeũt adprobari: & variæ multæq́ in medium producuntur. quod multipliciter exponitur, eius veritas ignoratur ait Bal. in l. eos. §. fi. de vsur. Hæc est igitur prima interpretatio l. non omnium. Vt sint quidem omnium rationes: sed non omnium reddi possint. Nam hinc ineptè aliquis ducet, rationes nec esse quidem. eten. ab Cicerone scriptum, Iniquum est quod accidit non adgnoscere, si cur id accidat reperire nequeamns. iniquum est credere, sapientum opera ratione carere, si eam nos reperire nequeamus. Quid de multis, & nescio qua circuli quadratura inter alios? Scibilis est (aiunt) at non scitur. Posterioribus quot sunt rationes inuentæ, quas nequidquam veteres quæsiere? De nobis itaque in l. non omnium. non de legibus loquitur Iulianus, qui reddi non posse scribit, non scribit non esse. Nec id quidem aliter atque disertis verbis fecerit Plato, cum iuuenes vetuit de hac ipsa legum ratione inquirere. Et credere non decet, aut Iulianum, aut, qui sequitur, Neratium voluisse tyrannum agere, nósque vt Pythagoræ discipulos adsertionibus legumlatorum mancipare. cum &*

Audio consentire Zas.

Iu orat. ad Bru.

Ad prim. Post. Arist.

Lib. 1. de legi.

ipsi

ipsi, & alij omnes Iurisconsulti toti vbique sint in hac rationum vestigatione, considerationéque. Ergo est omnium, quæ a maioribus constituta sunt, ratio: verùm reddi omnium non potest. & ideo (quod subdit Neratius) rationes eorum, quæ constituuntur, inquiri non oportet. An omnium, quæ constituuntur? Falsò. eorum igitur, quorum latet in obscuro ratio. alioquin multa ex his, quæ certa sunt subuertentur. Ecce enim, verbi gratia Rauennensis, Cynúsque, Connanúsque quid ipsi non subuerterint l. si quis Sempronium. de her. inst. vltimam eius ibi positæ distinctionis rationem quærunt, non adsequuntur, damnant distinctionem. Quid hic idem nouitius aduersus l. adeo. de adq. re. do! Quid alibi contra alia? Ast hic insanit non in istis minus, quàm dum ordinis Digestorum accusat aliquando compilatores, vt ex Duareno narrauimus in Antipatro; & hîc superaddimus ex Cuiacio (nam testibus vtimur, quos non refutent recentiores) ineptissimos, imperitissimos esse, qui alium desiderant ordinem, vel comminiscuntur: neque, quid ars sit, neque Digestorum artem tenere, aut principia certa iuris vlla percepisse vnquam, suaues tamen ad ridendi materiam. Hunc mitto. Quid maximus Baldus & stultos et bestias quandoquè audet eosdem appellare Iurisconsultos? Sed id scilicet dum non explicauerat adhuc rationes illorum, quibus placita quædam subnitebantur. Magnum Baldi documentum, vt non legislatores, sed bestiæ sint, qui leges

Conn. lib. 3. c. 3

Lib. 3. c. 6. & c. 5. & lib. 10. c. 6.

In Parat. Dig. ad tit. mand.

In l. si Stichum. de ver. oblig.

ges sine rationibus dicunt. Hoc ab eo docemur. non insanit ipse. Quid si in hac tractatione Leonem philosophum audimus? centum nisus est abrogare Iustiniani leges, quòd rationes illarum non perceperit: Dicat ipse, non esse. Sed multa huius generis præterire oportet. Et ex his satis deprehenditur vera Neratij appendix. Hanc explicat Duarenus magis, quàm l. non omnium. etsi legem istam voluerit suo loco explicare. Taceo autem, quæ contra ius Feudorum, quæ contra ius (vt vocant) Canonicum recenseri in proposito possent. verè enim omnis sunt rationis expertia hæc; & a barbaris, indoctissimisque cõsuta. Pecudes vocat Baldus illum Gerardum, Obertúmque Verè illud Connanus, Omnium, quæ pontifices tradiderunt rationem inuenire difficile esse, aut inuentam dicere periculosum. Ista taceo, mea non sunt, de iure ciuili loquor. Hoc rationem vbique habet: sed non vbique conspicuam. Potest & altera sententia esse l. non omnium. vt quibusdam respectibus nec esse legum quarundam ratio dicatur: non solùm nequeat ostendi, reddi. Nam quod omnino nulla sit alicuius legis ratio, ego ex supradictis credere non possum. Et scriptum reliquit Castrensis, vidisse se legem nullam, cuius aliquam & non viderit rationem. quod enim dicit, immo vnam l. 3. § item si reip. ad leg. Falc. sine ratione visam, id fuit sanè, quia nec legis verba, nec legem intelligebat. & tum mirum non est, si neque cognoscitur ratio. Sed exemplis secundam hanc

Vide eius constitutiones.

Taurel. de mil. ex ca.

Lib. 8. c. 5.

In eo. §. item si reip.

hanc interpretationem claram faciamus. Potest in l. non omnium. locutus esse Iulianus de iure speciali. ius enim constitutum ex vna huius verbi significatione ipsum ius speciale est. vt sentit, dicitq; Bartolus in l. in testamento. §. vlt. de cond & dem. & firmat Alc c. 26. lib. 7. Parerg. vbi tamen facit antiquioribus iniuriam, dum ait, significationem illam nemini doctorum cognitam. probatur autem optimè in l. cum ita datur. eo. tit. & in l. si peculium. de statul. innuitur in l. 3. de his quæ in test. del. et in aljs quamplurimis Estq; notandum, quod Iulianus, Neratiúsque verbo alio non vtuntur: quasi & voluerint ipsi tantum indicare. Adiungantur his l. quod verò. & sequentes duæ eo. tit. de legi. Nam de iure singulari loquuntur: & id aiunt contra rationem iuris, contra tenorem rationis receptum, constitutum, constituentium auctoritate introductum: quare nec ratio sit ipsius, non sit ratio secundum vniuersi iuris tenorem. *noto maximè istud verbum in definitione iuris singularis a Paulo positum. Sed vt planè nulla sit constituti iuris ratio, id etiam a me argumento firmissimo refutatur. quod scilicet si ius speciale non aliam rationem haberet, quàm fauorem, odiúmue causarum (his enim duobus se nominibus exerit) ipsum vtique esset semper, idémque in ijsdem caussis, & hæ semper eodem iure sancirentur: quod non fit, sed aliter atque aliter tractantur: vt omnes norunt. ipsiq; libertati denegatur aliquando penitus, aliquando datur*

lar-

largissimè, & aliquando remissius fauor ille suus quasi proprius tribuitur. vt necessariò efficiatur, rationes esse & ipsius iuris specialis, fauorabilis, odiosi. Igitur non potest huius specialis iuris ratio reddi ex tenore vniuersi; vt vt talis potest, quæ ipsum a generali determinatione aliò transducat. Et hoc primum exemplum esto secundæ huius interpretationis. At alterum placet magis si ex eodem verbo contrariam ad Iulianum speciem iungimus; & quæ constituta *dicuntur, ea regulas potius, quàm speciales causssas esse existimamus. Nam & in illa significatione accipi verbũ* constituo, constitutio, *quis dubitabit? Quam interpretationem ad hanc legem suadet, quod totus iste titulus loqui de ipsis summis principijs magis videtur, summisq; definitionibus. Adferatur verò sentnetia l. omnis definitio. Rarum est, vt hæ definitiones subuerti nequeant. Multa ex his possunt, quæ certa sunt, subuerti. Quod accidit, quia generales cum sint multæ, non tamen habent generalem rationem, & æquè patentem, vt ipsæ patent. l. 5. §. 5. de oblig. Notauit aliquid Azo in l. vindicatio. D. de rei vind. et alibi alij. Hoc secundum exemplum. Aliud verò habeatur ex eodem auctore legis nostræ Iuliano & l. ita vulneratus. D. ad leg. Aquil. Vbi & pluries repetitum est verbum,* constituo. *Vt scilicet ratio eorum reddi non possit, quæ in subtili disputatione omnino non probarentur. Et illic est elegantissimus casus. est & in l. si fur. de vsuc. pulchrè eiusdem Iuliani*

L. si seruum. de ver. oblig. l. 1. de priu. de.

W. ad tit. Inst. de fid. fut.

liani in l. 9. §. 2. de ope. lege sunt alibi alia constituta, quæ nunquam mera subtilitate obtinerent. Hisque optimè subiecta Neratij sententia conuenit: vt ex adnotatis legibus liquet. Ista sunt quidem rationibus confirmata: quod vbique notatur. At quoniam illæ rationes tales non sunt, quæ etiam tollant, quod possit in contrarium regeri; sanè nec efficiunt, vt ratio constituterum reddi videatur, quæ potest validissimè oppugnari. Cohibentur istæ contrariæ rationes, non tolluntur, & auctoritate iura constituentiũ, & quia validiores sunt ipsæ, ex quibus ad constituendum procedtur. Res declaratione non indiget, si species adiunctarum legum quis vel attentè minus respiciat. Id tertium exemplum. Quartum huic adfine sit à tam multis, quæ pro æquitate, vtilitatéque sancita legũtur in iure nostro aduersus scripti iuris rationem. Videndæ in proposito l. 1. §. si ego. si par. her. pet. l. in his. de cond. & dem. l. 3. § fi. de Carb. ed. l. pœnales. §. vlt. ad leg. Falc. similesque propemodum infinitæ: in quibus a ratione quid vtilitas distinctum & æquitas deprehenditur. Prout & iustitia quædam sine ratione æquitas videtur aliquo modo dici in l. 1. D. Si is qui test. lib. esse ius. fu in l. 2. §. quanquam de aq. plu. ar. in l. sunt personæ. de relig. & sump. fun. ceterisque non paucis. De vtilitate quid dixerim? Manifestius est, quam vt ego doceam, vtile apud nostros auctores aliud a vero esse; & verum dici, quod certa ratione stabilitur atque

L. 88. ad leg. Fal l. xi. de trit. leg. l. 3. de ad. legl. 13 de lib. & posth. l. 25. de don. t. l. 3. fi. par. her. pet. l. 22. §. 3. mand.

Vide l. 3. in fi. & l. 4. de in rem ver.

L. 32. de pecul. D. & l. 8. C. de iud. vbi not.

L. cum seruus. mand. l. verum. pro soc. &c.

euincitur. De his itaque potest esse. l. non omnium. Vt non sit certa istorum omnino ratio: etsi sit illa generalis ex sententia l. nulla. de legi. ex iuris diffinitione a Celso tradita; exque ipso omnium legum fine, populorum quiete, & vtilitate. Consulo satietati. Concludo quod vt sit omniũ in iure ratio aliqua; non tamen omniũ conspicitur: omnium non est iuxta perpetuum iuris tenorẽ: omnium generalis adeo non est, vt ipsæ sunt generales constitutiones: omnium non est talis, quæ citra auctoritatis adminiculum in subtili & contẽtiosa disceptatione probari posset, nec ipso scripto iure. Huc autẽ non pertinet l. quod non ratione.

Refellitur sententia cuiusdam ad l. liberum, D. de relig. & vera dicitur.

Cap. III

Ex nulla est sine ratione. Igitur quod est sine ratione sanciri ipsum non dicetur in l. liberum. D. de relig. quid quid constitisse de illo visum sit. Igitur non dicit ea lex, neque heredi, neque in heredem dandam actionem. non is est sensus I. C. non hoc voluit Iustinianus. perperam sic opinantur Græci interpretes. imprudenter excipiunt Græco cõsulti. Non enim dubiũ est, a Caio aduersus id quod constabat, disputatum: idemque (quantũ in ipso I. C. erat) etiã refutatum. Nam quod miramur, & sine ratione esse adfirmamus, id satis refutatur a nobis. quia scilicet cum sententia nostra

Cuia. lib. 8. obs. c. 12

noſtra illud minimè conſentiat. alioqui quid miraremur? Quid? An non reprehendit, notátue Celſus alios, dũ ſcribit, mirari ſe etc. l. 13. de in di. add. An *ædilium factum, de quo l. 63. de æd. ed. ijs probatũ, quibus mirum videbatur? rationem facti reddere debuit Vlp. ſi voluit confirmare, ea admiratione infirmatũ ſatis. An probat Pomponius, ciuilis cum eſſet actio, honorariã dari, qui in l. 3. na. ca. ſta. inductam miratur? Certè factum ex hoc reprobat; etſi ob aliam cauſſam probet. Et huius Pomponij an adprobatur ſententia, ſi in l. 13. de rec. arb. nec aliud adijceret Vlpianus, quã illa verba,* cui rei moueatur non video? *An tenetur Sexti Pedij opinio in l. 32. eo. tit. quam habere nullã rationem & dicit, & oſtendit, Paulus? Alia ſunt, quæ mitto. Similia, immo eadẽ ſunt iſta cum ſpecie Caij. At huius ipſius eſt & phraſis non abſimilis in L. dicitur. de iu. fiſ. vbi tamẽ legem non eſſe Caij opinionẽ nemo (opinor) contendet pertinaciùs. & eiuſdẽ legiſlatoris Iuſtiniani in l. 4. C. de ſer. nec. her. inſt. & in l. vlt. C. de fid. lib. facit l. quod ſi vno D. de in di add. Addo contra ex eodem Caio, Celſo, Africano Pomponio, Marcello, Paulo, Vlpiano id probari, quod adſirmant mirum non eſſe debere. l. ſi cui. de lib. leg. l. Labeo. de ſup. leg. l. ſi ſeruus. §. vlt. de leg. 1. l. pe. de ſu. & leg. l. 4. §. pe. de æd. edl. 59. de iu. do. l. 2. §. 2. de interd. l. 3. quod vi aut clam. l. generaliter. §. ex damnata. de fid. libert. Modò ſi ea ſit Caij ſententia; & ipſa a legiſlatore produci-*

l. i. x. depo. l. xi. §. 3. de pec. l. 6. de in di. add.

tur: quid eſt, cur adprobata non cenſeatur? lex non ſit etiam vel ceteris repugnantibus. An nec lex eſt eiuſdem noſtri I.C. in tit. de dam. inf. c. 32. An eiuſdem rationis aliæ multæ? Ineptè. Expendo & illam ibi loquendi rationem, certè perpetuo &c. *vt priora etiam Caij dicta cenſeantur adprobata. probat enim omnia, etſi non pari confidentia, qui ita loquitur*, illud fieri & illud debet, certè iſtud. *Igitur l. liberum. eam actionem heredi defert, dat in heredem. Facit hoc ipſa l. liberum. quæ ſine ratione eſſe dicit ſententiam contrariam: quam & admirando tantùm refutaſſe videri potuerat. Huiuſmodi rationes ſtatuendi infrequentes in iure non ſunt. Et ad alias difficiliores facta ſunt regulæ illæ.* Vbi lex non reſpondet quæſtioni propoſitæ, determinare pro ea parte videtur, quæ vltimò ponitur. Vbi ſpeciem adfirmatiuè lex conceptam habet, cenſetur adfirmatiuè reſpondiſſe, ſi nihil reſpondet. Et contra, ſi negatiuè. Vbi de duobus quæſitum apud legiſlatorem eſt, & ſi de vno reſpondet ſolùm, ſi quidē adfirmatiuè, reſpōdiſſe de altero dicitur negatiuè, & contra. Ex obliqua aliquando determinatione habetur vel tacita propoſitæ queſtionis deciſio. *Bar. Iaſ. Zas. Alc. Oldendorop. iſta confirmant omnia. Sed quid nouicijs fiet, qui potius quiduis dicerent aliud, quàm aut velint, aut poſſint vtiles nobis facere noſtras leges? At ad nos.*

L. 45. in fi. de ri. nup.
L. 3. §. 1. de vſur.
L. 29. §. 1. de euict.
L. 11. §. 3. de act. emp.
L. 13. de peri. & com. rei vend. &c.

B. in l. bona. depo. &. in l. prætor. de min.
I. in l. Barbarius. Z. in l. 4. de re. iud. A. lib. 4. de ue. ſi. O. de præſ.

Nouis-

Nouitij illi Græcatores, qui rationis expertia probant, in altero etiam ſe produnt, quanti ſint: dum ſcilicet refutantes Accurſium ſpeciei diuerſitatem notant, nec diuerſitatis rationem adiungunt ad l. 7. eo. tit. de relig. caſúmque l. liberum. Quid enim (ſi noſtra non ſtaret ſententia) ex ea l. 7. non probabitur gloſſatoris opinio? Non dico, imperitis conſtare viſum: quod eiuſdem Caij teſtimonio not ſat probaretur. l. 35. §. pe. de contr. empt. ſed id contra, quod conſtabat, ius adſeri in l. 7. quasique diſputarit Caius in l. liberum, & refutarit probatam ſententiam: contraria verò poſita ſit in l. 7. Qui intulit mortuum in alienum locum: & heredem obligatum relinquit, & ipſe heredi tenetur. l. 7. Ergo ſimile erit, ſi quis cogat in alienum inferre, quæ eſt ſpecies l. liberum. An ſimile non eſt, inferre, & cogere inferre? Aſt. l. ſi filius fam. in §. vlt. eiuſd. tit. quid generaliter, vt loquitur, de omni illius tituli actione non accipitur? Quid cauſſæ eſt, vt ad ſecundam tituli partem reſtringamus illum §? Noſtri noui Argi non vident, niſi quæ diſertis characteribus ſunt oculis diſertè ſubiecta.

De iudicum in eadem cauſſa diuerſis ſententiis.

Cap. IV.

GRiffinio Loydo I. C. eruditiſſ. Alb. Gentilis S. *Inter alias iuris ciuilis difficultates*

cultates minima illa non est, si summa non censetur rectiùs, quod animi nostri quibusdam in locis expleri non satis possunt ex his, quæ nuda nobis Iurisconsultorum verba proponunt. Hæc verò me habet in præsentia difficultas Iuliani sententiam versantem, quæ est in l. diem. de arb. & in l. inter pares. de re iud. Nam vt extrà casum in l. diem. notatum sequar generale l. inter pares. documentum, vix est per sequentia vt possim. nisi tamen decisiones istas acciperemus secundùm quod de actionibus scribitur in l. quidam. de re. cred. Quid enim si ex tribus iudicibus vnus in mille, alius in noningentis, tertius in vno nummo condemnauerit? Priores genere quodam consentiunt inter sè se, dissentiunt planè a tertio, si quidē graui pœna censent illi reum damnandum, summàue graui, leuē posterior cogitet, velitque. Nec in iure nostro nouū est vt species etiam per quantitatum discrimina constituantur. quod nostris Dialecticis visus sum non admodum pridē ostēdisse, & hîc addere etiam possum magnitudine flumen & aquarum quantitate a riuo discerni. l. 1. §. 1. de flum. pondere vinculorum eos, qui in metallū, & qui in opus metalli damnantur. l. 8. §. 4. de pœ. summa dotem magnam a parua & diuersæ quidem speciei. Alc. lib. 4. Parerg. c. 8. Addere alia possem. sed tecum non decet. Nec nouum est etiam, vt in proposito considerentur, si qua solent genere quodam censeri, ac nuncupari. l. Pōponius, de adq. re. do. l. 51. de adq. poss. l. 10,

In Trebatio.

L. si in duabus. de reg. iu. & ex nobis Supra lib. prox. c. 7.

pro

pro empt. l. mariti. §. 3. de adult. cum simil. Et si genere quodam priores consentiunt, a tertio dissentiunt, hic in ipso summæ genere constituendo victus, sane nec videri potest rectè, aut alicuius virtutis sententiam protulisse, succisa deliberationis radice, genere refutato. Quid? alicuius etiam momenti haberetur eiusdem sententia, si nec in vno condemnasset, sed absoluisset penitus? Quæ ratio, si non habetur ista in consideratione? omnino quia duo sunt, qui condemnant. nec igitur attendetur leuis condẽnatio, quoniam duo sunt, qui grauem pœnam decernunt. Non hæc bilioſis quibusdam auderem dicere, qui legum verbis ſtandũ ſcribunt, & logica Italorum argumenta mitti oportere: quòd parum nos veritatem curemus, ſed quadam furoris audacia moti, vel ambitione nouas concluſiones inducere cupiamus. Tibi hæc dico mi' Loyde humaniſſ. quòd veritatem maximè curem: & ea certiùs non quæritur, quàm ſi viris ſapientioribus ſimili ratione præbeamus docendi occaſionẽ. verumque dictum Bartoli eſt, prodeſſe vel minus rectè excogitata, cum alios hæc incitẽt ſaltem ad veritatis inueſtigationem. An ſexcenta eiuſmodi exempla non ſunt apud noſtros? Quid artem iuris profitemur, ſi que omnia diſcuſſa penitus non ſunt, nec eſſe etiam debent, aut nobis fuerit tantùm relictus labor, quod mancipiorum eſt, illa nos noſtra diligentia, noſtris conatibus non illuſtramus? Sed eſt & altera ratio mihi, cur indiſtinctè non probem in ſupradicto caſu

L. 25. §. conſuluit de her. pet. l. 36. de ſti. ſeru.

Suarez in l. quoniam in prionibus.

In tract. teſt.

Iuliani opinionem. Dissentiunt ij iudices. cogendi sunt, vt conueniant, quod ipse idem Iulianus dicit his verbis, Commodissimum est eo vsque cogi iudices donec consentiant. *l. duobus de lib. ca. faciuntque l. huiusmodi. §. cum pater. & §. vlt. de leg. 1. l. 12. de opt. leg. l. hæ operæ. de op. lib. cum simil. Sic si coacti non sunt, nec apparet, eos nullatenus consensuros: certè manent superiora, & vt contra reg. l. absentem. de pœ. is, qui in nouingentis damnauit, non fuerit ad alterius sententiã accessurus, qui mille voluit; ita verisimile est, duriorem hunc ad proximum decursurum potiùs, nullo modo cum illo consensurum, qui in vno damnauit. Verisimile est cum proximo consensurum, non cum longè discito: nam facilis transitus (vt dicitur) in habentibus symbolum, similitudinem. Verisimile est cum proximo consensurum, vel ne tertij obtineat sententia, quam longè longéque improbat magis? An non duo conueniunt inimici aduersus inimiciorem? Verisimile igitur quod dico. Et si verisimiliter id actum fuisset: nos scimus regulam not. ad l. eum tale. de pact. regulam auream, obtinentem in omnibus dispositionibus mundi. vt Curtius, Seyssellus & Zasius loquitur. Cur itaque & tertij sententia non spernetur: & quæ est de noningentis non tenebitur? Si coacti sunt, nec conuenerunt (prorsus enim non sunt cogendi ex ead. l. duobus. & §. pe. in Auth. vt iud. non exp. sa. iuss.) aut aliter constat non conuenturos, in ista visione maior*

in §. actionũ. num. 49. inst. de act.

mihi

mihi surgit difficultas. magna quippe (vt scis) quæstio esse videtur inter ciuilis iuris doctores, & canonistas, si iudices illi Iulianei expresse, obstinatéque dissentiant a summis aliorum singuli. & illi negant Iuliani opinionem isto casu procedere posse: adfirmant contra alij. Ego tamen ne sim longior, dico me meos sequi, canonicales improbare interpretes. Esto enim in maiori summa verè propriéque insit minor. id tamen in composito est, non est disiunctim verum. qui mille ponit, licet vnũ in composito, ponat & decẽ, & centũ, & reliqua; non tamen diuisim ponit. Secundùm primam partem, & præsumptionem loquitur omnino Iulianus: & suo casu medius, qui in decem damnauit, cum aquè distet a ceteris, certè & in leuiorem caussam videri potest disiunctim quoq; consensisse, per ea, quæ hactenus dicta sunt. Igitur in secundo hoc capite non erit vlla sententia, quam teneamus ex tribus. Ac ita mihi in summis videtur. Quid verò si pœna pecuniaria vnus, alter exilio, tertius deportatione censeret reum plectendum? Videor determinasse, vt quæ de exilio est, ipsa attendatur. Nam genus pœnæ dum constituitur, plures sunt, qui in corpus coercitionem decernunt. Et ita quidem sentio in ista specie: quando & altero etiam genere aduersus primum consentiunt reliqui, etiam vt capitalis pœna infligatur deportatione, exilio. Contra verò si duorum alter capitalem animaduersionem non statuisset, tertius verbi gratia non deportatione,

Iaſ. in l. inter pareſ. de re. iu.

L. in eo quod. de. re. iur. &c.

sed

Sed relegatione, vel ictu fustium, aliáue simili corporis quidem, at non capitis pœna reum damnauerit, ego, illa spreta corporalis & pecuniariæ pœnæ diuisione, assumtáque capitalis & non capitalis, reum plecti pecunia dixerim ex sententia primi. quia videlicet benignior introducenda est interpretatio: & hæc est, vt diuisione corporalis & non corporalis minimè attenta, quæ duriorem pœnam adferret; sequentes alteram capitalis & non capitalis rem totam ad benignum exitum deflectamus. Sic duo sunt, quæ censeo: vt si consensio inter aliquos sit quoquo modo, quoquo genere, eorum sententiæ coniungantur ad tertiæ exclusionem, quæ etiam in illo genere dissentit a reliquis: eligendáque ea ratio sit semper, quæ benignius præstet responsum. Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum. inquit Paul. l. 168. de reg. iu. Noto primum, noto secundum verbum. Et fortè non malè censeo. Verùm quid si pares numero iudices non adsint? Tres deportari iubẽt, duo exilium statuunt, tres pecunia multant. Sequor deportantium sententiam: quoniam tres vltimi excluduntur a quinque, cum de genere pœnæ deliberatur: et sunt hi quinque eò usque coniuncti. cum autem ad species itur, separati duo a tribus vincuntur. Dices & morti igitur reum trades, si tres illi primi mortem decreuerint? Non est ineptum, vel inconstans dicere, isto casu consentire magis exilium indicentes, & multantes pecunia: quasi summum determinationum

L. 2. de pub. iud.

Sentit Alc. lib. 9. Pare. c. 14.

tionum genus sit, an parcere, vel nõ oporteat vita: in quo isti conueniunt probè. atque nihil absurdi a nobis constituetur, si, vna posthabita diuisione corporalis & pecuniariæ, ad alteram oculos aduertemus, & ad argumentum, quod pro vita hominis & est maximum, & suscipit, admittitque etiam decisiones a tenore iuris diuersas. Posui omnia, vno excepto. illud igitur, & te longiori epistola non moror. Quid si tres deportatione, duo relegatione, tres in decem damnauerint? Pecuniariam pœnam sequendam decreui. at preterquam quod corporis qualibet pœna maior omni adseritur pecuniaria, hîc etiam minimam dictam videmus. an igitur & contra quod diximus de leui & grauiori pœna constituemus? Si id non facimus, an duorum sententiam excipiemus? Quid etiam si vnus fuit, nõ duo, qui relegationẽ indixerit? Reuocor fermè ab istis omnibus rationibus ad sententiã Iuliani quam simpliciter sequar in summis ex notata ratione ipsius, in coercitionibus corporis ex trita regula benignioris partis amplexandæ. Non vides præstantissime Loyde in quot ducimur quæstiones, si aliter agimus? Sabinus Celsus, Paulus, Vlpianus sententias expeditissimas recipi monent, & ex illo Iuliano quæ dirimãt multas quæstiones. Sed tamen non dimouear a constitutis propter vnum hunc casum, qui, si aliquando eueniret, planè omnes nõ habet rationes, cur ita determinetur, vt leuẽ pecuniariã susciperemus. nam nec repugnãt superiora, sed magis confir-

not. in l. transigere. C. de transact.

L. 9. & x. de her. inst. l. i. ad Treb.

Cuia.lib.12. obſ.c.6.

confirmant. Noua hæc ſunt, contraria his ſunt, quæ antiqui, quæque docuere recentiores. Et ſi non mala ſunt meæ diſputationis initia: certè vix aliorum opiniones ſubſiſtunt. Omnia tui iudicij facio: qui acutè, qui prudenter æſtimare potes in Academia pariter atque in foro verſatus.

L.17.§.4.de rec.arb.

Ac quidem res eſt animaduerſione digniſſima: quòd naturalis eſt hominum ad diſſentiendum facilitas, cui incommodo ius noſtrum non craſſè aut vulgariter, ſed proſpicere vbique debet iuſta cum ratione. Vale.

Confutantur multæ Iac. Cuiacii definitiones, & alia quædam aduerſus eum dicuntur.

CAP. V.

Teſtamenti definitio, quam ex Quinctiliano acceptam probat Cuiacius, non eſt bona. quia & Codicillis, & omnibus vltimis voluntatibus conuenit. An noluit conuenire? 2. Sed nec ſua bona eſt. quoniam & ab inteſtato detur hæreditas. 3. Peſſimè definiuit ſuos hæredes. nam primum tenere gradum nõ ſufficit in re iſta. Norunt Iuſtinianei. oſtendit contra inania quædam ſophiſmata Iaſon in l. qui ſe patris. C. vn. lib. Imò ſunt, qui tria etiam requirant vt aliquis ſuus heres ſit, primum illum locum, patriam poteſtatem, patriſque bona in ipſum peruenire. 4. 5. Here-

Vacon. decl. 50.lib.3.

Hereditas cum & dari, & adimi aliter quàm per institutionem & exheredationem possit: quis institutionis & exheredationis definitiones admittet? 6. Eadem ratione quis non respuit Substitutionis definitionem? At *etiam si ipse accipit, vt debet, verbum* delatæ *quomodo substitutiones comprehendentur, quæ hodie obtinent ex l. vni. C. de cad. toll? 7. Si hereditas est ius successionis in omne ius mortui: an non abundant in definitione verba illa,* in dominium singularum rerum *! vah, qui se Caio & Iuliano facit acutiorem. Quid fuerit quoque opus verbo* directæ? *Sentio voluisse excludi Fideicommissum. at satis ad eam rem verbum* mortui. *nam solus directus heres in illud ius succedit, vt nec desinat vnquam esse heres: quoniam si desineret, locus caussæ intestati relinqueretur. Fideicõmissarius in ius mortui non succedit, quia a morte morienti non succedit. At hîc non exquisitè singula. 8. Codicillorum definitione incuriosus nihil est. epistola, reliquæ omnes vltimæ voluntates, & testamentum quoduis minus solemne ea continetur definitione. 9. Conditionis illa ridicula est.* Futurus euentus, qui in dubio est sit an non sit. *num enim talem euentum dicere non possumus; & non sit conditio? Ridiculè. 10. Sanè ineptissima est definitio Collationis, quia vt non omnium propriorum collatio est: ita ea definitio longè latéque venit circumcidenda. Et non omnis preterea huiusmodi confusio pro collatione accipitur:*

Tit. de his. qui vt ind.

Tit. de S.C. Syll. &c.

L. 1. §. 14. 17. 19. de collat.

siquidem

siquidem adeuntæ paternam hereditatem filio,
Vide l. 17. *confusio sit, quã nemo dixerit collationẽ. 11. Quæ*
i. de præs. *Pacti definitio? quasi nequeat pactum esse sine in-*
verb. l. 3. de *terrogatione. 12. Quæ definitio Stipulationis?*
auc. tut. *quasi ex iure, quo vtimur, verbis solemnibus con-*
fici Stipulationem necesse sit. An solemnitas in-
terrogationis & responsionis solemnia sunt verba?
Insulsè. 13. Quæ Ratihabitionis? quasi & eo-
rum non sit ratihabitio, quæ procuratorio nomi-
ne gesta non sunt, sed quocunque nomine nostro
ab quouis. immo etiam eorum, quæ nobis gesta nõ
sunt, sed de re nostra, l. 16. §. 1. de pign. re nobis ob
ligata. l. 4. §. i. qui. mo. pi. vel hyp. sol. 14. Quæ
Furti definitio? quasi scilicet non sit nisi possessio-
nis furtum. An furtum & illis non committitur,
qui non possident? 15. Rideo Ignorantiæ iuris
definitionem, & Ignorantiæ facti. nec enim ex-
quisito definitori exempla rerum producere est
definire. 17. Improbo Rei vindicationis definitio-
nem. nam adsertio extra iudicium facta non ex-
l. 5. l. 14. l. 24. *cluditur. & est illa tamen actio. 18. Constituti*
l. 26. de pec. *definitionem non fero. quòd & citra responsionis*
const. *nomẽ habeatur. 19. 20. Definitionem Locationis*
& Conductionis aio vsufructui, & emphy-
theusi aptari posse. 23. Tres illas permutationis
hanc a Mutuo non distinguere, ac ne satis quidẽ
ab Emptione, vident omnes. O fructus admirabi
les ex eo opusculo. 24. Et verò quæ tandem Fruc-
L. 3. arb. fur. *tuum definitio? Et vitis arbor est, et arboris ap*
cæs. l. i. de aib cæd. *pellatione continetur: si Columellam, aliósue sequi*

non

non placet magis, quàm noſtros. An excuſaberis a l. 7. §. notauimus. quod vi aut clam? Sed arctiores ſunt longè definitionum regulæ, quàm alterius cuiuſquam orationis. Et ſanè ſi ſubtiliter iſta ſectari voluiſſes, quid cum arbore mentionem non facis fructicis, ſuffructicis, herbæ? Rectiùs vſus eſſes generali Plātæ nomine, & Animalis etiam, non Pecoris. nam & multa ſunt, quæ pecorũ numero non cenſentur: & tamen fructus, non minus quàm pecora præſtant. Adhuc. vbi fructus, qui nec e terra naſcuntur, vite, arbore, roſcidum mel, manna? Et quæ e terra ſunt, vite, arbore omnia, ſi quis fructus appellarit, an nõ inſanus? Receptui cano. Aut enim dicta ſufficiunt, ut videant ſtudioſi, quàm benè ſubuentum inopiæ noſtræ ſit ab iſto definitore. quod ipſe factum clamitat. aut nec decuplo plura ſufficerent: quibus, quæ ſuæ ſunt, definitiones omnes vel facilius ego refellere poſſum, quam effutierit ipſe. Si quid ex Iuriſconſultis dixerit: nos in Trebatio reſpondebamus. Interim auſim ipſe adfirmare ſcripta homini hæc. Audacia intolleranda eorũ, qui cum neſciunt, quantum in definiendo inſit difficultatis, temerè omnia definiunt. *Et cũ rerũ manifeſtiſſimarũ non vnã, ſed plures infarcit definitiones, certè illa ſcripta ſunt.* Qui neq; olus citra definitionẽ videãtur empturi. *Nõ sũ ex inaniũ et vanorũ genere, qui rei propoſitæ vnã velim definitionem. immo. n. plures volo; et quattuor: ſed cũ peritiſſimo illo auctore,*

Gal. lib. 4. do. pulſ. diff.

quæ

quæ ex eodem loco non desumantur, quæq; rerum sint controuersarum. Quas hîc scribit? Et ista de definitionibus satis. Nam quid si alibi hominem audimus? Hoc vbi vbi fiet, certè dabuntur, quæ non probentur. Age, quæ exscribit, tolle a suis libris, quæ comportat ex triuio, ex Grãmaticis, Historicis, similibusque, quæ supplilat ex antiquioribus interpretibus: & si quid legitimum manet, sum ego calumniator. An magnum est, librariam præstare operam? An dignum tanto nomine est, vulgaria scribere? An est inter Iurisconsultos habendus, qui magis fuerit cum alijs! Non sunt Iurisconsulti, quæ & ab alijs aliarum artium professoribus habere possumus, & a Cuiacio data intelligi rectissimè ab alijs possunt. Nugæ, quod ad vsum iuris ista depromantur. Verùm, an antiquiorum esse pleraque omnia neget, quæ iuris sunt in libris suis? Certè negabit. Nam potest, & ita scribere. Diu perquisita, nec dum ab interpretibus inuenta est, quæ sit illa actio, de qua in l. hæc actio. D. sol. matr. *Quæfrons? An Bartolus, Baldus, Castrensis non scribunt, quod tu primùm te docere scribis? Quid ais lib. 2. Obs. c. 31. lib. 4. c. 25. lib. 13. c. 28. alibi? Si aliorum sunt, quæ tam magnificis verbis alierum negas esse: quod erit de te iudicium in ijs, quæ citra istam iactantiam ponis in libris tuis? Delinquis sanè maximè, & quod eos, qui primi rerum auctores fuerunt, merita laude fraudas, & quòd, cum e-*

Lib. 2. C. 34. obs.

orum

orum inuenta tibi tribuas, etiam (quod atrocius multo est) calumniari homines non vereris. Semper similes tui extitere. nam hæc Galenus dicit aduersus quemdam gymnastam, qui Hippocratẽ accusabat, & ipse tamen ab Hippocrate habebat, quod protulerat. L. b. 2. de sa tue.

Vernæ. Vsuræ centesimæ, trientes, reliquæ. Literas ignorare. in sacris esse. Alia.

CAP. VI.

DIxi in Paulo, opus minimè esse, vt verborum interpretationẽ aliunde exquiramus: sed esse nobis nostros libros ad eam rem satis superque. Et Valla etiam, si cetera perijssent Latinorum omnium monimenta, Latinam tamen linguam vel ex solis quinquaginta libris Digestorũ constaturam adfirmat, aut ego studiorum pueritiæ non rectè memini. Quid huic ipsorum atauo respondent nouitij nostri? Quasi ex ipsis pandectis non haberemus, vernarum nomine posse et libertos significari: quod habemus ex l. pater. §. filiam. de leg. 3. nouus scilicet aut rationẽ ex Martiale commonstrat. De vernis qui plura cupit, adeat Alexandri genialia. Ego in casu l. species. de au. & argen. leg. dicerem preterea, sollicitum nihil I C. de ea appellatione, etsi de seruis acciperetur: tum quòd alia, non hoc, tractabat: tũ etiam In proe. lib. 3. eleg. Cuia. lib. 3. obs. c. 17.

quia (in quo cæcus est Iac.) nec purũ legatũ seruo relictum omnino inutile est. confirmante Ac. in l. planè. §. si coniunctim. de leg. 1. l. pe. C. de nec. ser her. inst. Et, quod obiter dictũ sit, est in milite legatũ hoc planè vtile. §. & ita. in Auth. vt lib. de cet. & c. Verùm est & condicionale legatũ in d. l. species. Cur igitur seruo datum non valet? Tamẽ
E hæc non tracto. Alius quantũ & sibi et reliquis noui eiusdem ordinis gratulatur, q Accursiani nescierint explicare, quid vsuræ centesimæ essent, trientes, cætera in vsurarũ argumento? Quid? Socinus explicauit rectè; & docet, potuisse interpretes ex libris nostris rectissimè explicare. stat huius quasi apologia in commentario suo ad l. 3. §. itẽ si reip. D. ad leg. Falc. Addo Vaconiũ, qui tantundem præstat l. 1. decl. in. ciu. c. 14. Hi sunt videndi. & de trienti Leo philosophus const. 83. in fi. Litteras ignorare, quid sit ipse quidem (ni fallor) benè apud aliquos Accursianos explanatũ vidi. Sed et quis non nouerit ex locis prope innumeris, & perspicuis? Mitto quos Duarenus profert l. 1. disp. cap. 3. intelligi res potest ex l. 11. de inst. act. ex ipsa l. 6. (vbi erratum ab Accursio dicitur) de exc. tut. et §. similiter. Inst. eo. ex auth. q sine. C de test. l. discretis. C. qui test. fa. poss. l. vlt. C. de his, qui sibi adscri. l. 6. C. de decur. auth. sed nouo iure. C. si cer. pet. l. fi. C. de iu. delib. Quis nõ seserit ex Authentico? ex prin. & §. 1. de tabel. ex. §. si vero nihil. & seq. de instru. ca. & fi. exque §. 1. de test. imp. An nõ satis? addatur Leonis cõst. 43.

&

& 69. Est tamen & alibi, et in Authentico, litteras ignorare non hoc solùm. vt legere quis et scribere non possit; sed etiã nõ esse doctus. in tit. de sanct. epis. in prin. & . §. 2. et §. clericos. & de ord. ep. §. 1. & iterum de sanct. epis. §. 1. Item apud glos. inl. 5. pro soc. qui ex æquiparatione nobiliũ & litteratorũ docet, eligi ad eam ecclesiam litteratos posse, ad quã possunt nobiles soli. Plus tamen esse videtur in nomine litterati. vnde & apud Florẽtinum. l. 43. de cont. empt. verbum illud accipere; & alibi, secundùm posteriorẽ hanc significationẽ. Quid velit ea phrasis, in sacris esse, & nouit Accursius, & loci infiniti sunt, ex quibus nosci apud nostros potest: vt vt suspiceetur contrarium, et nostros rideat nouus. Habemus, quæ hoc declarant; leges multas in Codice. l. 20. de nupt. l. 3 de suis & leg. l. fi. de inoff. test. l. 7. de cur. fur. l. 2. de col. cũ sexcentis alijs, ne omnino legum fluxum & mihi obijciant, quẽadmodum glossario alibi; si longior sum, dum enumero omnes. At satis quoq; de his quattuor verbis, orationibúsue: vt vel ex exẽplis liqueat, quod in Paulo adseruimus. Proferãt nouitij vnum, quod nequeat hoc modo declarari, & adiungo me ipsis, & peregrinis ipsorum lectionibus. Quod dicent? Trigeminos, Dena, Cenotaphium, Caligatum, Peregrinum, Prælatum, Repetitúmne diem, Morem gerere, Auditorium, quod? Etiam quid Dicis causſa fit, ex iurisconsultorum scriptis apparere potest, adserente Ant. Aug. in quo tamen sudant strenuè Taurellus,

L. 2. C. de post.

Conn.

Lib. 2. emend. c. 2.

et ipse, Connanus, Duarenus, Hottomanus, Brissonius, Cuiacius, Contius, Pitheus, vniuersa nouitiorum schola, Alciatus pater, Victorius atque Turnebus patrui fortè, aut cognati saltem proximiores. Quid credebamus? Si quod Bartolus scripsit, id alij, accusante Hottomano, etiam excribunt: isti sanè tantundem faciunt. ni illa sit differentia, quod legitima repetuntur ab antiquioribus; occinunt recentiores verba. August. ob ignoratum dicendi genus infinita loca erroneè accepta profitetur. quod & in dialogo nostro multis est disceptatũ. Hîc illud repeto maximè, potuisse fieri ne vel vnus esset commissus error: & potuisse ex voluminibus nostris cõmodissimè. Sed quæ amabo ab isto cõgesta. c. 2. l. 2? Etiã Græcismi illi cõstãt optimè, propter quos nobis Græcã obtrudit linguã Hispanus, expertibus omnino Græcæ litteraturæ. Age, hunc lector adi. nam & ipse scribit, magna ex parte delicatos solũ ad eas Græcanicas phrases & verba offendi: túque cuncta senties talia, quæ vix stupidũ remorari valeant. Digniora quædã, & sunt ipsi Accursio perspecta, quẽ Græcũ fuisse nolunt, & non ex Græcia percipiuntur, sed ex legũ ac iuris scientia. Ecce negationi non additum Tantũ, aut, Solũ, intelligendũ aliquando est, Græco dicendi genere nõ adscriptum. Quid ni etiam Hebreo! in ea lingua, quia concisa sit, aiũt sæpe aliquid aliquãdo subaudiẽdũ, relatiuos maximè, nõ modo hæc (vt appellãt) taxatiua. Miror Augustinum id quoq; non dixisse l. 4. emẽd. c. 8. aut Contium

Lib. 2. emẽd. in proe.

Aug. lib. 2. c. 1.

tium non notasse in l.2. de nox. act. vbi articulum Qui deesse tradit. alibi quoq; vbi a Taurello, siue a librario Florentini exemplaris is additus est. Rectè. Sed an Græcia docet, an docet Iudæa quã do illæ sint subintelligendæ dictiones? si ita esset, Valla certè & intellexisset melius l. vlt. de æd. ed. nec cõtrarietatis accusasset I. cõsultos, intellexisset melius quàm aut Zasius, aut alius Accursianus An didicit ex illis linguis Accursius, Zasius, alij earum linguarum penitus imperiti? Hi rectè omnia. Ex iure hæc statui debent, & statuuntur Si postea quæratur, qua regula, quo exemplo singula fient: an erit iurisconsulti respondere? Reliqua disputatio (in memor. in ver. obsonatores. ait Cotta) grammatistarum partium est. nobis satisfactum videri debet ex ipsis Iurisconsultorũ monimentis. Et ridiculum mihi videtur, vt si quid dictum est, quod ad Græcos, aliósue referri possit, id eò statim referemus. Quid enim & alij homines non sunt, qui loqui pariter possint & sine ista imitatione? quas in alijs veneror, alias artes, & linguarum cognitionem non vitupero. hi tamen, qui barbaros, linguarum imperitissimos professores Accursianos clamant, sanè dicunt aliud nihil, nisi, grammaticos nos haudquaquam esse: vt doctè respondet Simonius. ipsi sint nouitij tales. doceant, auctor non author, postumus non posthumus, diocesis non diocæsis, suboles non soboles, susum versum non sursum versum, cum similibus. & triumphent. Verba omnis generis ex omnibus

Vide Acc. in l. 2. de vs. & ha. zas. in l. 2. de orig. iu & de antinom. ad Cant.

In c. 7. ethic.

A. C. C.

auctoribus interpretantur: & propterea constituant se iurisconsultorum omnium patriarchas. nam, edito iam Calepino absolutioris formæ a grammaticis, opera hæc ipsorum vana tota reddita non est.

Quomodo a Precario Commodatum dignoscatur.

Cap. VII.

Hîc non quæritur, quæ Precarij leges, quæ leges sint commodati. Sed quidnam alterum ab altero contractu, negotioue distinguat primũ. quæ doceat ratio, Precarium ne vel Commodatum contractum fuerit. Ecce legem illam scimus, quod certi temporis conuentio in Precario non obligat. l. 12. de prec. at cum istud & ad certum tẽpus contrahatur: dubitare possumus quid acti sit. illa secunda erit certa deliberatio, vt nulla eius pactionis vis sit, si est Precarium. Et in hoc versatur communis error interpretum, qui ex eo, quod non valet talis in Precario conuentio, & hanc docent rationem huius contractus a Commodato internoscendi. quæ enim argumentatio? Non tenet consensus certi temporis in Precario. Ergo ad certum tempus Precarium non contrahitur. *Non contrahitur, vt liget; sed contrahitur tamen: & vt id, an liget, deliberare possimus, prius videndum est,*

L. 4. in fi l. 8. §. pe. l. 12. de preca.

In l. 2. D. de re cred.

an de Precario agatur. Communem etiam sentẽtiam refutat Decius in l. contractus. de reg. iur. cum quo est & Bello. lib. 2. supp. c. 13. Possent tamen a Decio, atque a nostris his defendi interpretes ex reg. l. quoties. de re. dub. quæ interpretationem sic fieri iubet, vt actus valeat, & non pereat. periretque conuentio de certo tempore si cõtractum ad Precarium nostra interpretatione duceremus. Ego tamen rem omnem aliter declarandam opinor ex l. 1. de precar. vbi istius contractus definitio est. Mitto d. l. 12. quæ certi casus est. estque ex sententia Dec. aliterue. Ea definitio (aut imperfecta per summam iniuriam dicetur) nos docet, tempus incertum sufficere ad Precarij constitutionem; nec aliud, modum scilicet, finemue certum, in id exigi: vt docti credũt, & nonitij. conspirat autem nobiscum l. 3. l. 15. §. 2. eo. tit. & l. 1. §. si tibi fundum. de it. ac. priu. Rursus facere nihil modus, finisue videtur; si incertum tempus non adsit. definitio enim absolutã rei definitæ essentiam nobis proponit. & ista nihil loquitur aut de fine aut de modo, sed de tempore tantùm. Igitur si tempus incertum adsit, quæ quæ desint alia, Precarium habebimus: cum adsit id, quod vnum plenè Precarium constituit: contra, si tempus certum sit, quæ quæ adsint alia, nos Precarium non habemus: quia id absit, quod facere Precarium potest. Confirmatur ista sententia ex eo, quod certi temporis adiectionem e Precario reijci scribit Celsus

Cuia. in Parat. in tit. Commod:

in d.l.12.modi, finisue certi conuentionem reijci, nullibi (quantum memini) legitur in iure nostro. vt appareat, Precario ipsa accidere, si & inesse, & abesse pariter possunt. Non tamen omne incertum tempus huic iuri satisfaciet, sed illud solum, quod in voluntate concedentis positum est. quãdiu is, qui concessit patitur. *ait Vlp. Non erit ergo Precarium, si, donec quid fiat, accidatue, deturue habeatur concessio. nam Commodatũ id esse potest. arg.l.3.in fi.l.4.l.5. in prin.l. vlt. commod. cum simil. Hoc primum. Est & alterum, quod in ista constitutione desidero, & ex eadem definitione: videlicet, vt precibus sit facta concessio. aliàs enim cur ea verba in definiendo?* quod precibus petenti vtendum conceditur. *Quid ipsũ Precarij nomẽ? Ita a locatione*

L.4.loca.

discernitur, vt enim locatio fieri possit, quoad is, qui locasset, vellet; quæ in re cum Precario conenit: ita precibus non absolnitur, sed mercede. Hæ

L 51.de do. int.vi & vx.

duæ (meo quidem iudicio) sunt certissimæ rationes, quibus dignoscere Precarium valeamus. sunt enim a definitione: vnde demonstrationes Aristoteli. Tempus illud incertum a Commodato distinguet, quo cum est adfinitas maior, quàm inter emptionem sit atque conductionẽ; preces a locatione Precariũ certissima demonstratione separabit. In summa contractũ non aliter dixero Precarium, quàm si hæc duo conueniant, tempus illud incertum, & preces. aliàs vel Commodatum, vel Locatio, vel contractus fuerit inominatus.

Verbum

Verbum Ampliùs quando vim habeat repetendi.

CAP. VIII.

IN isto tractatu, quid quid alij scripserint omnes mihi sanè placet, si ita dicamus. Aut verbum Amplius adiectum alijs est legatum deferentibus: aut hoc datum referentibus. & primo quidem casu repetat; altero nequaquam. Si ita scriptum erit, Amplius quàm Titio legaui, heres meus Seio decem dato. dubitandum non est, quin & Titio suum legatum maneat, & Scio nihil vltra decẽ debeatur. l. si seruus legatus §. si ita. de leg. 1. At si sic locutus erit testator, Heres meus illi fundũ dato, Seio hoc amplius decem, non erit dubitandũ, quin Seius & fundi partẽ, & decem ex testamẽto percipere debeat. l. si sic. de leg. 3. Vt probata sit satis mea distinctio. nam in priori specie verbũ Ampliùs non cum his est, que dant legatum, sed cum alijs quæ datum referunt: & non repetit. in altera specie, dum Seio decem legantur, verbũ istud habetur: ac repetit. Nec nascitur ea differentia ex articulo Hoc; quod volunt interpretes. nam vt repetitio fiat illo presente: ita, absente non fieri, falsum est. l. qui ita. de do. præleg. Adiectus iste articulus facit rem minus dubiam l. quid ergo. de leg. 1. Etenim qua diuersitas inter ipsum & articulum eo? perque istum fit repetitio. l. liberto. §. vlt.

§. vlt. de ann. leg. l. libertis. de con. & dem. Et ratio esse videtur, cur dubitemus minus: quoniam articulus ipsi rei data stat: vt eã repetat. Sic si iste adsit articulus, indistinctè adseuerandum opinor, fieri repetitionem. adiungo l. auia. de cond. & dem. & l. Pamphilo. de leg. 3. in quibus stat verbum Amplius cum verbis legatum referentibus: & dicitur tamen in l. auia. repetitam conditionem videri: vt idem dicendum ad eandem speciem in l. Phamphilo. ausim intrepidè adfirmare; si hoc, non aliud, Scæuola consultus fuisset. Atque hæc si considerare potuisset nouus quidam interpres, profectò erubuisset adfirmare, referre nihil, articulus is esset appositus, sine non esset. ipse quid docet? Fortasse. fortè. aliquanto apertius. non tam apertè. sermo quodãmodo dilucidior. adeo scilicet incerta: vt inanitate sint inaniora; & inanissimus est, qui non videt. At nobiscum maneamus. Si articulus adsit, fit repetitio. si non adest: distinguitur. Et eius distinctionis vel vnus Africanus est auctor, quoniam (aut fallor maximè) relatam illam priorem formulam considerauit Africanus tanquam diuersam ab altera, quam subijcit, quæque cum posteriori suprascripta Mæciani formula conuenit. Subiecta formula hæc. Lucio Titio tot, & hoc amplius vxori, & liberis eius tot. Hanc vt diuersam (sic censeo) apriori considerauit, de qua consulebatur. qualis enim constitisset

Cuia. trae. 5. ad Afric.

Africano

Africano probatio responsi sui, si formula non diuersa fuisset? Oportuit certiùs de posteriori constare, quod non repeteret, si ab ea voluit I. C. ad speciẽ suã argumẽtari: ni probatio sumitur a re magis, vel aquè dubia. preterea & easdem similesue esse oportuit formulas istas: Tuncque rectè ita ratiocinaretur. Istæ formulæ similes sunt, aut eædem. Sed in secunda cõstat id, de quo scribitur ad primam. Ergo & in prima idem indubitanter adseremus. *Ast vnde illud enunciatum ostendetur verum? immo refutatur ex iam dictis; & ex alio, quod mox subiungo. In altero etiã enunciato aliud docebo. Non igitur eo modo disputabat Africanus; sed isto.* Hæ formulæ diuersæ sunt. Si igitur per sequentem vsitatam facta repetitio censetur: certè per priorem non fiet. *Sunt diuersæ formulæ: & quòd in priori verbum* Ampliùs *est cum legatum referentibus, in posteriori cum dantibus. quòd etiã duæ orationes in præcedenti notantur, narratio scilicet ante dati legati, & præsẽtis datio: in sequenti tantùm est dispositio. Verum maius argumentum ex adiuncto §. si ei. Si diuersæ naturæ non essẽt harum formularũ certè dubitandũ magis fuisset, an per illam adiectionẽ* Ampliùs quàm mihi debes &c. *stipulatio vitiaretur propter duriorẽ cõtractuũ, & huius ipsius Stipulationis naturam: quæq; interpretatione omnino minus, studioue iuuatur, quam voluntas vltima & tamẽ multo minus dubitãdũ*

Afri-

Africanus respondit, quàm si ei, cui nihil legatum est, cum hac adiectione, hoc amplius, *legetur. quia diuersus cum sit in Stipulationis propositæ exemplo repetendi actus & oratio ab stipulandi actu: sanè nec fuit, cur ex illa inutili, vanaque adiectione vtilis stipulatio dandorum decem adficeretur. Ille singularis interpres Africani ait, scriptum ab hoc, dubitandũ multo minus in stipulatione; non quòd præcipua quædam ratio sit, cur in stipulationibus minus dubitari debeat; sed ne quis dubitaret. O præclarũ ingenium. Dubitandum igitur minus propter eius formulæ diuersitatẽ nam aliò referri id nequit. formulas ipsas ibi examinat Africanus. & ratio tantum suadet: vt demonstrauimus. Idem tamẽ dicendum foret & formulis cõmutatis, l. verbum amplius. de ver. sig. semper tamen, vt sit ab omni dubitatione longius, quod formulam habet illam,* Amplius quam mihi debet &c. *Et hoc est, quod firmat sententiam meam: quodq; ego vrgeo solum in præsentia. Voluit illud ostendere Africanus, dum stipulationi, ad quam fuerat magis dubitandum, adiunxit talem, propter quam fit etiam, vt minus dubitetur. Sed omnia Africani in eo* §. *interpretor. Ait* nam & vsitatum est ferè sic legari &c. *verè loquitur. sic. n. in l. legata inutiliter. de leg. 1. in l. omnia* §. *1. de leg. 2. in l. Paula. in d. l. si sic. in d. l. Pamphilo. in l. vxorem.* §. *Felicissimo. in l. si purè. de leg. 3. in l. qui dotem. de do. præl. in l. alumna. de ad. leg.*

Iam

Iā vbi hac vſitata formula teſtator vſus nō eſt in caſu Africani, ſed alia inuſitata: certè aliud voluiſſe videri debet, quàm quod per vſitatam fiat, per vſitatam verò habetur repetitio. veriſimile itaque eſt, vt per iſtam & diuerſam noluerit teſtator fieri repetitionem. Quæ plura conſpirarent in hunc intellectum adſerendum; pariter & ad ſtabiliendum hanc meam diſtinctionem? Hæc erant difficiliora. Cetera de viribus huius repetitionis perſpicuè ſunt apud Iaſ. in d. l. legata inutiliter. Nam Cuiac. lib. 8. obs. c. 36. nihil habet, quod ſuum ſit, ſi excipias grammaticas quaſdam obſeruationes ex Suetonio, Hieronymo, ſimilibúſque; & emendationem neſcio quam (hæc ſua ſunt) aliàs vanam oſtendendam, vt hìc factum eſt cum ſua doctrina verbi Amplius. *Aliàs quoque de illis,* Preter, Item, Etiam, *ceteriſque, nam diuerſam hæc habent determinationem, vt vt iſte miſceat omnia. Vnum tamen ad finem adieciſſe volo: vt caueamus ſcilicet, ne continuationem ſcripturæ potiùs habeat verbum* Amplius, *quàm modum diſpoſitionibus impoſuiſſe videatur. monet me iſtud ſimilis prudentia Iauoleni in l. 14. de her. inſt. At dicemus oportunè ad verbum* Item.

Pœna ignis. CAP. IX.

CRudelis hæc pœna, quæ & ſummi ſupplicij appellatione merito contineretur: etſi ad furcam.

L. capitalium. D. de poen.

furcam damnatio, quòd antea adinuenta est, eò loci recenseatur. Nec tamen, vt sunt aliæ quædam, ipsa est iure nostro ciuili penitus interdicta: sed pluribus immo casibus locum habet. Qui ob inimicitias, vel prædæ caussa sciens, prudensque ædificij intra oppidas speciem aliquam, frugés ve iuxta domum positas combusserit, vinctus, verberatus igni necari iubetur. Hostes autem, item transfugæ ea pœna adficiuntur, vt viui exurantur. non qui hostes tantùm sunt, aut tantùm transfugæ, sed qui sunt hostes & trãsfugæ simul. quod n. sic hostes tractentur, totum ius, titulúsque totus de captiuis repugnat, & Romana (aut fallor) historia vniuersa, transfugas etiam capite plerunque puniri aliæ leges dicunt, nec de igne faciunt mentionem. Et adhuc mitiùs tractarentur, si Leonis constitutio 67. obtineret. quæ certè hìc seruiet. nam si ignis pœna stetisset transfugis, ipse Leo non tacuisset, qui seueram rigiditatem, iniquitatemque accusat priorum in re ista. at ipse etiam commemorat disertè positas pœnas, & commemorat alias. Igitur qui transfugerint & cum hostibus quoque militarint, ij viui exurũtur, non hostes, non solùm transfugæ. Atque ita ego nihil immutando interpretarer l. 8. §. hostes. D. de pœ. ita acciperem l. 28. §. i. eiusd. tit. Et videtur necessaria interpretatio. ratio autem ex duplici crimine liquidò patet. & simile est quod de seruis fugitiuis dicitur in l. 2. D. de seru. fug. Igni cremantur plerunque serui, qui saluti dominorum suorum

L. 9 de inc. ru. naufr. & l. 28. de poe.

L. 3. & 7. de re mil.

suorum insidiauerint. Serui delatores igni tradũ- L.28.de poen
tur, si de thesauro inuento esset crimen intentatũ, l.7.C. de de-
aut quod mortem, vel publicationem bonorum, lat.ex.Basilic.
adferret. Iudæi, alijque feralis sectæ homines ir- &l.6.
ruentes in conuersum ad Christi cultum flammis
dandi sunt, & cũ omnibus suis participibus con- l.3.C.
cremandi. Actor rerum priuatarum, Cæsariſque de Iude.
procurator, si iniurijs, vel deprædationibus vex- L.9 C.
asset prouincialem, publicè viuus cremari debuit vbi.ca.fiſe.
ex Valentiniani, Valentisque, aut Constantini,
certè Iustiniani nostri constitutione. Et meo qui-
dem iudicio sanctissimè, reclamet, vt lubet, Leo: Const.61.
nam abutuntur ij Principis potestate supra quam
dici valet pessimè, nõ solũ adferunt subditis dam-
num pecuniarium. Seruus, qui cum domina con- C.de mu.quæ
cubuerit, igni traditur. Si quis seruilis condicionis se pro.se.
(nam est aliis capitale tantùm) adfuerit raptui
virginum, vel viduarum citra sexus discretionem
concrematur. §. si quis rapuerit, in Auth. de sanc.
ep. & C. de rap. vir. Qui nũmos falsa fusione for- L.2.C.de fa.
mauit flammarũ exustionibus mancipatur. Di- mo.
uinatores comburuntur. l.3. C. de ma. & ma.
His, qui falsum instrumentum immunitatis con-
scripserint, flamma supplicium est. l.i. C. de imm.
ne. conc. Qui barbaris scelerata factione facul- L.9 C.de re
tatem deprædationis in Romanos dedisset, vel mil.
si quis alio modo factam diuisisset, viuus com-
buri debebat. Sed & qui nostra consilia hostibus re- L.28.D.de
nuntiat, aut viuus exuritur, aut furcæ suspẽditur: poe.
capite plerunque puniri alibi dicitur qui sit prodi-
tor. l. 7. D. de re milit. Flammis eo loci con-
sumebantur,

sumebantur, qui Nili aggeres rumpebant, vel eius aquam vltra solitum occupabant. C. de Ni. agg. Hi ex legum libris mihi casus succurrunt, in quibus pœna ignis infligitur. Sacrilegos nonnullos exustos quandoque, sed nunc alia minori pœna teneri, verum est. At est & a quibusdam hoc amotum supplicium. nam seruorum est, non nunquam etiam liberorum plebeiorum, & humilium personarum. nec decuriones possunt eo adsici, nec horum parentes, liberiue: vt est ab Vlpiano declaratum in l. moris. §. istæ ferè. & seq. D. de poe. Sic rectè mei docent interpretes (nam vt indocti, ita crudeles, & hîc igniuomi Canonistæ) ignis pœnam decerni nunquam oportere, nisi vbi eam lex scripserit disertis verbis. Quid de hæreticis! Refert Zasius in pluribus disceptatum Academijs, an iure ipsi comburantur. Ego vel disceptatum miror, si vera est præcedens adsertio: nam hæreticis istam pœnam nullibi (vt meminisse queo) in iure statutam videbunt.

L. 6. D. de peculat. d. l. 28.

W. in C. de hæret.

In §. sequens. inst. de act.

Pœnæ interdictæ.

Cap. X.

Cuia. lib. 14. obs. c. 34.

QVædam interdicta pœnarum genera ab aliis collecta sunt, quæ exornarentur grammaticis studijs. nos omnia comportemus. Mandatis principalibus cauebatur, ne quis perpetuis vinculis damnaretur. diuus etiam Hadrianus rescripsit,

scripsit. l.35. D. de pœ. Sed & Antonini rescriptum hoc, Incredibile est, quod allegas & *l.6. C. eo. vbi, quod in seruo vix potest procedere perpetuorum vinculorum damnatio. An igitur liber homo temporarijs damnari potest! Videtur ex supradictis; & est verum. quia vincula & carceres eodem iure in proposito censentur: & ad tempus potest quis pœnæ caussa in carceribus poni. l.28. §.ij. D. de pœ. Quo in loco si & in perpetuũ custodiæ homo mancipatur, non id est præmissis contrarium, postquam ipse sibi istam adsciscit indignationem. Hoc primum genus interdictæ pœnæ secundùm ius ciuile. Aliud est, vt inedia quisquam non necetur. probant nouitij ex l. non etiam. D. de interd. & releg. Nos adserimus ex l.8. §.i. de pœn. nam si solo gladio licet delinquentem occidere: certè inedia non licet, si alibi id permissum non commonstretur. Tertium interdictũ pœnæ genus, ne verberibus homo necetur, vel virgis interimatur, aut tormentis. d.l.8. de pœ. Non etiam potest aliquis sic damnari, vt de saxo præcipitetur. abrogata scilicet lege antiquiori, qua e rupe Tarpeia & ipse Manlius Capitolinus deiectus fuit; & falsi etiam testes puniti sunt: quæque etiam post Cæsarem ac Tyberium valuisse ex. 3. App. de bell. ciui. & Dio. 57. paret. Quinctum genus interdicitur vtriusque manus, pedisue vtriusque abscissio. Et nouum ius, si criminis qualitas exigat membrum abscindi, id in sola manu fieri iubet. auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. Sextum,*

l 1 §. fi. de aleat.
l.8. §.7. de pœn.
l.9. ex qui. cama.
l 25. de pœ.
Gell. lib. 20. c. 1.

ne huiusmodi sint, quæ inferuntur, supplicia, per quæ articuli dissoluantur, ea. n. dissolutio grauior vtriusque manus abscissione. Ne etiam facies signetur Constantini rescripto est vetitum, figura & similitudo (vt ille dicit) pulcritudinis cælestis. Duram legem Remmiam, quæ litteras calumniatorum frontibus imprimi voluit: & ita integræ frontis homines a pessimis his & frontis non integræ distingui. Leo tamen ille philosophus & pœnarum mitigator oculos pro oculis (rem miserrimam) dari aliquando statuit: nasum adulteris abscindi, item auxiliatoribus raptui virginum. Octauum interdictarum pœnarum genus est Crucis supplicium. dicunt. n. historia a Constantino sublatum. Probatur iure nostro ex illa l. 8. in §. 1. de pœ. Dubium tamen facere potest, quod famosos latrones furcæ figendos, Callistratus ait in l. 28. § 12. de pœn. qua verba de Cruce accipi debere, quasi certum est: & accepta ab Alciato sunt lib. 9. Parerg. c. 24. Ego opinor, a Triboniano sociisque figendi verbum non quidem per incuriam, quod nouitij audaculi dicerent, sed hanc ipsam ob caussam ibi relictum, vt, quid olim esset, eo vno verbo indicaretur. Preterquam quod alia ratione res benè se habet, quia horum latronum cadauera non sunt cognatis reddenda, vt aliorum reddantur, si conspectu debent alij deterreri: quod ibi dicitur. vt sint etiam relinquendi velut adfixi. ast nec vis verbi repugnat protinus, si Hera-

Nou. 134. ad fi.

l. fi quis. C. de pœ.

Const. 32. & 35.

Cont. lib. 1. Lect. c. 13.

l. 1. de cad. punit.

fixi,

tius dixit armis ad postem fixis, *quæ suspensa interpretantur grammatici. Finem impono. Si adimenda sit vita, animaduerti gladio oportet, non securi, vel telo, vel fusti, vel laqueo, vel quo alio modo. nec liberam mortis facultatem concedere præsides possunt, & minus vel veneno necãdi. Vlpianus dixit, dicere nos aliqua cum ipso deberemus, & quod secundùm regulam loquitur, & quod exempla non desint eorum, qui contrarium seruauerint, maxime in veneno. Sed quid si commentaria scriberem? His duobus capitibus quasi lineas primas vtriusq; tractationis ducere volui solùm.* l. 8. D. de pœ. Pla. in Phedo.

De futuris lex est. Quid sint arcana Imperij.

CAP. XI.

ALbericus Gent. Richardo Hakluito S. Lex est, Hakluite, futuris posita negotijs: sed his tamen, quæ cognita, quæ fuerint explorata. Sic in facta leges constitui dixit Tyberius Cæsar, quia futura in incerto sint ipsa. Quî. n. de re protinus inaudita, & incognita fiet lex? In ore etiam vulgi est, nec mentionem parricidij fuisse apud primos legũ latores, quòd nullũ potuerit consilium excogitare, scelus tantum committi ab homine posse. Crimen aliud a sensu humano alienum, & quod ne ab vllis quidem barbaris admisti credibile Tac. lib. 3. annal. Diog. in vi. Solo. & Mar. de legi. & Cic. pro Ros. Nou. 139.

fuerat, ſub Iuſtiniano erupit, cui Prīceps occurrit, illud quo modo lege ſublatum fuiſſet, ſi nullus omnino ſēſus ſentire poterat? Quàtia ſunt morbis medicamenta, talia (vt Leo, Inſtinianuſque ſcribunt) iura negotiis ſunt. nec ea prius inuenta narrantur, quàm extiterint morbi. Legibus nondum enatis naſcendi cauſſam rerum vſus præſtat. idem ait Leo. & quoniam latarum de re aliqua legum tempore non dum fuit certum quid ad illam inſtitutum, nondum euenit; id legibus non determinatum docet, cauſſam dicens, quam nos tibi narramus. Nulla valet mens aſſequi innumera illa, quæ homines, quæ natura indies noua edere deproperat. quod opinor decies ab optimo imperatore Iuſtiniano repetitum eſt in legibus ſuis. Vnius Dei illud eſt, & futura nouiſſe, qui facit omnia, cui preſentia omnia; & leges ſuas ſic aptaſſe, vt perfectiſſima in omne æuum reperiantur. Si verò id eſt nobis impoſſibile, quo pacto fiet, vt leges de iſtis dentur? Satis quidem non fuerit, ſi generatim conatur futuris etiam legiſlator proſpicere. quoniam leges maximè eſſent incertæ, dubiaque, & frequenter etiam iniquiſſimæ. nam ius totum ex leuiſſima facti mutatione variari, certiſſimum eſt: & quæ vix poſſunt inuicem diſcerni, ipſa vel contrario iure ex minima differentia terminantur. generalia autem vt eas euadent difficultates? vt quæ de futuris eſſent? Nec de perſpectis ſic ferri lex vlla poteſt, vt non ſit contra aliquos aliquando etiam iniuſta. Quod.n.

L. in proë. & conſt. 100. & 105. l. nou. 3. & ed. 9. &c

In proë. & conſt. 47. 57. 93. 95. 98.

2. C. de vet. u. en.

Nou. 60. 98. 69. 84.

l. 75. §. 3. de ver. oblig. not. ad l. omnes populi. Pla. lib. 11. de leg.

&

& his legem quandoque dicat noster Iustinianus, quæ citra omnem opinionem natura fuisset post inuentura; id facit cum ea & nouisset, & disposuisset, ad quorum exemplum ista quoque inopinabila dirigi iubet, cognata, similia, futura, quæ quæ erunt. vt Iulianus ante, Vlpianusque scripsere. Sic quod idem noster etiam scribit, impossibile esse, in tanta multitudine exactè ea, quæ singulatim eueniunt, perdiscere: & esse propterea perpulcrum, si omnia generali lege ad certam formam redigerentur: hoc non illud est, de futuris incertis disponere; verùm ex cognitis generaliter de reliquis, & in vniuersum statuere. quod legis adeo est proprium, & artis, vt lex non generalis respui etiam soleat. Ita potest (si ita locutus est) rectè M. Tullius defendi: ita etiam nostri quidam defendi possunt, qui in artem generalibus constantem præceptis ius nostrum redigi cupiere. etenim vel Leone philosopho teste Iustinianus etiam redegisse videri potest: & aliquid nunc est a nobis indicatum. Aliàs quid Cicero, quid nostri velint, ego sanè, vt sum hebes, non video & non supradicta tantùm repugnant rationes, sed & aliæ, quas longum esset recensere: eorum quoque auctoritas, qui veri, maximique sunt Iurisconsulti, Bruti, Catonis, Proculi, Papiniani, Caij, Vlpiani, Modestini, ceterorum: quorum sunt ferè omnes certorum casuum tractationes, aut omnino tales non sunt, quales videntur isti expetere, qui.

Nou. 72.

l. x. & seqq. D. de legi.

Nou. 7.

Const. 1.

lib. 1. Rhet. *expetunt artem iuris. Sic esse viuentem legem vel ipsius vestri Aristotelis testimonio, oportuit magistratum, qui rebus nouis nouus ipse, qui videt, commodáque adferre auxilia valeat. Et id prudentes, & id Cæsares dicunt. Immanis autem est eorum numerus in iure ciuili, in quibus nequit legislator quidquam penitus constituere ob illam ipsam rerum incertitudinem, & varietatem: in quibusque solet ius dicentis arbitrium quasi suo loco statuere, qui constituat. Ingens & immortalitate opus dignissimum scripsit ea de re doctiss. simus I. C. Menochius de arbitra. iudic. ca. & quæstion. Ecce quomodo non sunt leges de futuris. cum proprium alioqui dicatur, earum esse, his dare formam negotijs, non ad facta præterita reuocari. His regulas imponere, non præteritis calumniam excitare. quoniam scilicet antiquiora perscrutari, & ad superiora tempora adscendere, absurdissimum sit, multa tergiuersationis magis, quàm legislationis. Verba legum latorum hæc. Et ego, quas ipsi confusiones exortas narrãt, quod fuerit lex quædam & ad res anteactas lata, non recenseo, non multa aliunde. Ratio illud docet apertè. Iidem aiunt, quid peccauit antiquitas, quæ insequentis legis imscia pristinam secuta est obseruationem? Igitur de præteritis lex non erit. nisi quod noua lex veterem ita potest interpretari, vt præterita facta ex ipsa veteri videantur, non ex noua sanctione, determinata. Si etiam antiquarum legum pœna in noua lege,*

l. 8. de iu. & iu. No. 37. & 105. l. 7. C. de leg. Nou. 22. l. 65. C. de decur. Nou. 85. & 111. Ed. 3. Iust. & Nou. 7. l. iubemus. C. de testa. Nou. 19. 87. 143.

repe-

repetuntur: non est cur delinquentes ceu pœnis noua constitutionis nolint obstringi: cum eadem & ex prioribus legibus manerent protinus. Facilius quoque est, vt lex velit præteritis indulgere, ac sunt exempla eius facti apud nostrum imperatorem. Quæ item euenerunt, nec sunt tamen vel in iudicium deducta, aut terminata, ea quis neget nunc legis, principisue determinationis esse? Determinat noster Iustinianus. quòd tamen certis verbis determinat, iam significat satis, nec ad ista (vt dicimus) pendentia leges trahi, nisi cautum disertè & de his fuerit. At decernit quoque noster Cæsar, vt de eligendis episcopis postea constituta, ipsa etiam in electis obseruarentur. fuerit autem ratio, ne quid possit, debeatue obtendi, quominus rectissimè institutus cultus diuinus habeatur. Cœlum terra misceantur licet, religioni suus stare locus in omnibus debet. Simile huic est, quod alibi quoq; præteritis ponit Iustinianus, naturali, æternæ, paternæ indulgens ac consulēs charitati. Sic possunt & alia esse, quibus præterita a legibus attinguntur. at in his omnibus conquirēdis, vel explicandis non ero ipse diutiùs. Et tu habes quod ex libris nostris dici potuit ad quæstionē primam. Secunda, de nouis terris occupandis, & est adhuc magis remota a stuaijs Iuris ciuilis, & maioris est penderis: quare a me illa rectè vel in aliud tempus differtur. De Arcanis quoque imperij post innumera exempla, quæ ex Tacito, Dione, maximè ex Mecenatis sermone li. 52. &

Nou. 123.

Nou. 129. 154

Nou. 101. 124. &c.

Nou. 137.

Nou. 157.

gestis Tyberij lib. 57. ex ipsis legibus nostris, aliisq; scriptoribus narraui, certè nunc aliud habeo nihil, quod adijciam. nisi placet, quæ in mentem venit, eorum definitionem audire. nam ita dicerem. Arcana imperij sunt rationes, & consilia, quæ dum maximè inducunt, firmantué tyrannidem, hanc protinus, maximéque tegunt. Tyrannidis nomine vtor, quod ea est Latinis dominatio & hæc, vel auctore Tacito, idem cum imperio in ista tractatione. Vale.

Disoluuntur quædam antinomiæ.

Cap XII.

QVemodo nouitij Iurisconsulti soleant antinomias componere, supra libro primo explicatum est in epistola ad generosum adolescentẽ Antonium Sherley. Ostendimus etiam cap. 17. rectè illam conciliari posse, quæ notatur ad l. 1. de leg. 1. nec vti oportere inscriptionum diuerticula. quòd scilicet, diuersi cum sint legatorum fideicõmissorumq;, ac ipsarũ libertatũ tractatus, ea lege de datis libertatibus dictum minimè censeatur. Sed an non est etiam admirabilis ille antinomiarum magister, qui eadẽ diuertendi ratione potest explicare l. cogitationis. de pœn. Et qui sunt plerique illi casus, in quibus etiam voluntas punitur? Nullus est (audenter dico) in toto iure ciuili, in qua iuxta eam legem cogitatio puniatur: tantum abest,

Cuia. c. 22. lib. 8. Obs.

abeſt, vt ſint plerique. nàm quid eſt cogitatio? interior illa animæ (ait Plato) cum ſe ipſa allocutio, quæ fit ſine expreſſa voce, ipſum a nobis cognominatum eſt cogitatio. An igitur Arcadij legem & Honorij in tit. Cod. ad leg. Iu. maie. accipiam ſecundùm l. cogitationis? potiùs ſecundùm l. aut facta. in prin. D. de pœn. progreſſa ibi eſt vlterius cogitatio. ibi ſola non eſt cogitatio. voluntas dicitur reſpectu effectus: ſed eſt aliquid omnino preter voluntatem. An obijciet fortè §. qui verò. & §. cauſſas. in Auth. vt lic. ma. & auiæ &c. An l. diuus D. de ſicar. Ridiculè ſi fecerit. An ſi. in Auth. ne quis cog. bo. ced. Prodet doctrinam & benignitatem. Quæ notabit? ſi iſta, ſimilaque ſicam non probant adſertionem: nihil eſt, quod probet. Verùm non in hac vna antinomia ſum. An igitur animi cogitatio puniatur, videnda vel l. impuberem. §. 2. de falſ. & l. fugitiuus deuer. ſig. qua declaratur plenius l. 17. & 33. de ad. ed. ac cognoſcemus nõ puniri ſolum conſilium, non quod ipſo facto initium mente deductum nõ fuerit, non ſolam animi propoſitionem; ſed id demum quod adſumpto actu, quod eſt cum aliquo actu, & neque id etiam ad pœnam ſatis vel in ſeruo (vt ibi dicitur) in quem tamen ſeueriùs animaduerti certum eſt: at vbiq; exigitur pretea, vt nocitũ eſſe potuerit. aliàs nec actus ipſe veniat puniendus. quod ad cogitationẽ animi nocens eſt (ait Pau.) Sed quoniam &c. Cetera in propoſito videnda per Odofr. & alios ad l. 1. quod

in Sophiſ.

l. 28. §. fi. de pœ.

d. l. impuberem.

quod quis iur. Hec nemo ita explicauit. Iam aliam audiamus legum discordiam. Nihil est pugna inter l. 1. C. de app. l. si quis. C. de vi. pub. & l. si de vi. D. de iud. l. 5. D. ad leg. Iu. de vi pub. de vi. n. cognosci nõ potest vllo modo, vtcunq; de ea agatur, nisi fuerit antea determinatum, cui possit vis esse illata. Et hoc fieri nequit, si possessor non cognoscatur, cui vni vis fieri valet. L. inter litigantes. D. de ind. Malè itaque iudex in casu d. l. 1. non de possessione antea pronunciauerat quàm violentiæ crimen excuteret. Et ita accipienda L. si quis. ita sunt interpretanda rescripta Hadriani ac D. Pij. Quid tamen non subtilissimè ista tractarunt interpretes? Longiora sunt eorum dictata, quàm vt velim hoc loco commemorare: & vbiq; prostant. Illud addo, quod in l. 1. cognoscendum de possessione priùs dicitur. in l. 5. post habendum iudicium traditur, non quidem de possessione, sed de iure possessionis. quæ eadem non sunt: & manifestam habent differentiæ rationem. quòd videlicet vt contra vim inferentem pronuncietur, nihil requiritur aliud, nisi vt vim passus in possessione fuerit. & tantum non sufficit, si de iure possessionis disceptatur. vt est vel naturali intellectu notissimum. Sic igitur ridiculè aiunt isti recentissimi, vt illarum legum antinomiã componãt, referri in Digestis, non etiam probari, quod scriptum est. Non sunt contrariæ (quod ijdem affingunt) l. cum is. in prin. de cond. inde. & l. si is cui legatus. D. de leg. 2. vna enim

Contra Cuiac. 5. lib. Obs.

l. cum par. 54 de reg. iu.

Cuia lib. 8. Obsc. 35.

in

in morientium, altera in dispositionibus viuentium loquitur. Nec est ferendus Duarenus, qui in l. serui electione, de leg. 1. pro ratione huius diuersitatis confugit ad l. non omnium. nam & alij melius, & ego quandoque diuersus ab omnibus dixi Oxonia, quod cum fingat lex, honoratos istos quasi cum defuncto contrahere, & omnis fictio requirat extremum vtrunque aptum: id fieri non possit in proposito vltima voluntatis. vt enim censeatur a testatore datum, quod eligitur: rectè id quidem primùm, deinceps non recte. quia oporteat dici, testatoris quoque voluntatem mutari. quod est in mortuo impossibile. ista autẽ viuentium gesta non tangunt. Et ita dispergitur illa contrarietas. Non dissentit l. si vindicari. C. de pœn. l. vlt. C. de cust. reo. quidquid nostris videatur nouitijs. quoniam illa disertè loquitur in pœna superioris: hæc de ordinaria tractat. Cur etiam velocem pœnam & eam non possumus appellare, qua producitur ad diem trigesimum? cum primum. statim. incontinenti fieri dicitur, quod intra duos fit mẽtes. docet Zas. in §. in bonæ fidei. inst. de act. Et nouitius saltẽ respexerit. l. ios. de solut. iuncto Alexandrio (si eum non pudet istius Itali) lib. 6. gen. c. 10. l. 1. de it. ac. priu. l. 1, §. item si. ad leg. Falc. l. quotiens. ff. de op. lib. l. 1. §. in operis. de no. op. nunc. l. fi. C. de ind. l. vni C. qua. lic. vni. sine ind. se vind. & l. 2. eo. l. quod ait lex §. vlt. D. de adulter. cum multis eiusdem generis alijs

l. fi. comm. præd. Bar. in l. si is qui pro de vsuc.

Cuia lib. 5. Obs. c. 9.

lijs. vbi & ſine temporis momento eas accipi dictiones, & cum aliquo temperamento temporis, apparebit, horarum, trium dierum, triginta dierum. Quæ verò inter has diſſimilitudo & dictionem velociter? *At non de iure cõponendo fuit is adeo ſolicitus, quàm ne diſſenſio vlla Sidonio eſſet cũ maioribus illis Suetonio, ac Tacito. Compilatores fuiſſe planè cæcos (opinentur alij) Ego non opinor, qui iunctas leges pugnare inuicem nõ viderint ſextam & ſeptimam. D. de ſer. exp. Variauerit igitur auctor earum Papinianus: an idem dicendum eſt, compilatores etiammum pugnantia loqui? Si gloſſographi ſententia non placet, quid iuſtis argumentis non confutatur? Ego l. 6. accipio cũ ſua ratione, quando minoris venit ſeruus: regulariter & in dubio alteram, ac eſt rationis in promptu ratio ex l. quod ſi nolit. de ad. ed. l. ſcire oportet. §. aliud. vbi Acc. de exc. tut. Non abrogatur l. ſi quis officium de ri. nupt. (quò inclinat idem nouitius) per. l. 1. C. ſi rec. pro. verè enim pars iſtius prima loquitur in caſu durantis officij, & ſoli cæci non vident. Sed & voluntas coacta voluntas non infrequenter dicitur in iure noſtro a noſtris. inſpiciatur l. 45. §. 3. l. 22. de ri. nupt. l. 21. §. vlt. vbi gloſſ. quod me ca. Nec vis metum ibi adſingimus, de qua certis ſcriptum eſt verbis,* qui poteſt eſſe terribilis &c. *Sunt autem loci innumeri, in quibus ad paria inducuntur, vim factam, & vis timorem. Nec obſtat (ſi quis producet) l. 2. C. ne ruſt. ad vll. obſ. denq. nã*

Cuia. lib. 2. Obſ. c. 36.

lib. 4. c. 31. Cuia.

ſunt

sunt ibi certa legis verba: hîc nos quærimus: contrarium probamus; & metum interueniſſe. Attende lector. Metus quoque a conſtituto in mediocri officio eſſe poteſt. l. pe. C. de his, quæ vi. & c non tamen metus illatus eſſe præſumitur ex ſola dignitate. l. 6. eo. igitur (vel ſi de ipſis officialibus minoribus loquimur, & poteſt ab his metus eſſe, & tamẽ metus non præſumitur ex hoc ſolo, quòd officium habeant) cum dicitur, terribiles eſſe poſſe, aliud preter dignitatem obijciatur neceſſe eſt. Nec ſanè eſt inſolens, vt factum etiam ſignificari cenſeatur ex huinſmodi rationibus loquendi. q patet ex l. ſi cui. 58. de leg. 2. l. Seio. de ann. leg. l. 9. §. omnis de pin. ac. l. vlt. de re. diu. ſi cum gloſſario ad hanc, ac Barone in hiſtoriæ conſtantis fama non malumus cæcutire, diceréque Remum muros non tranſcendiſſe. Hîc an ſubſiſto? Sex ſolui nodos. vltima hæc ad l. ſi. de re. diu. iungntur optimè ijs, tanquam circulo facto, quæ de l. cogitationis in principio huius capitis ſcribebamus. Græcorum ſolutio, quæ Cuiacio placet magis, & Contio, inepta eſt per ſupradicta, & l. 63. de ri. nupt. maximè per l. 3. §. 1. de don. int. vi. et. vx.

An ex actis, vel ex conſcientia ſua iudicet iudex.

Cap. XIII.

Alb. Gentilis Franciſco Benanno erudito I. C. Quid iſta ad te non ſcribam, ſi deſideras audire,

audire, & ego debueram tecum disputare? Vererer ne & oculis omnium mea cogitata subijcere, si Corasius, Hottomanus Cuiacius sua ediderunt? Quæ ediderunt? singuli ex Gellio, Liuióque disceptant potiùs, quàm vt ex iure quid incognitum, indictum proferant. Quæ ipsorum sunt? Quæ Alciati non sunt, eorũue, quos congerit Couarruuias? Quæst. 1. An ex actis, vel ex conscientia sua iudicet iudex. *Adsertio erat,* Debere iudicem secundùm acta iudicare. *Ego, non quidem vt immo pro conscientia debeat: sed contra ipsam adsertionem, vt non debeat pro actis iudicare, disputassem. Vt enim examinare iudicem oportere, quæ proponantur, dicatur; nec quid preterea adijcitur tit. 15. col. 6. examinare oportere actitata in caussa & iudicata, tit. 9. §. 2. coll. 9. hîc tamen, attentos esse debere etiam veritati oculos, notatur. Et si veritas sit in contrarium, nec ista iura loqui, nec alia velle, vt veritate deserta, sententia secundùm acta feratur, huiusmodi disputatione ostendere potuissem. Iudex iuris est, iustitiæ, donorum Dei, ipsiusmet Dei minister. l. 2. §. post originem. de orig. iur. l. 1. de iu. & iu. cum simil. Sed minister non debet id agere, quod dominus auersaretur. to. tit. mand. et tit. de procur. Ergo nec iudex. At nec ius, nec iustitia, nec Deus isto modo iudicaret. Igitur nec iudex iudicet. Ius non iudicaret, quia suum cuique non tribueret, lederétque alterum cum sua ista iudicandi ratione, quod facere per naturam suam non po-*

test

teſt. Iuſtitia non iudicaret, quoniam non eſſet (vt eſt) conſtans & perpetua voluntas ſuum cuique tribuendi, ſi aliqua occaſione hoc aliquando non præſtaret. Deus an iudicaret? Ego cognitor ac teſtis. Ier. 29. Sic itaque. Iudex, cum ſit iuris, iuſtitiæ, ac Dei miniſter, profectò non iudicabit aliter quàm ius faceret, iuſticia, Deus. Sed ius, iuſtitia, Deus non iudicarent hoc caſu ſecundùm acta. Ergo, &c. *Et huic argumento non nocet, quod index cancellis quibuſdam ſit quaſi ſeptus, quibus illorum vis non ligatur. multáque eſſe ad rigorem iuris (vt aiunt) ſeruandum introducta, quæ apud ipſum iuſtitiæ, Deique tribunal non valerent; & tamen penitus iudicem tenent, & iudicia noſtra. ius ſcilicet Vſucapionis, rei iudicatæ, ſimilium, & huius ipſius rationis conficiendi iudicium. His enim reſponderim ego quàm facilè. quod etſi iudex minimè omnia poſsit, quæ ius poteſt, Iuſtitia, Deus (quod nec per meum queritur argumentum) tamen iudex, quatenus poteſt, a iuris ratione, Iuſtitiæ, Dei longiùs diſcedere non debet. debet index his propior (vt poteſt) adeſſe. abdicet ſe munere. pronunciet N. L. Ampliationem, Comperendinationem vocet in auxilium ſibi. Cauſſam præbeat, cur a ſe legitimè pronocetur. an ſatis multæ illæ cauſſæ võ ſunt? id ſuaſerit Chilo ex ſeptem ſapientibus Lacedemonius, ni fallor: vt per Laertium in eius vita. Diem diffindi iubeat exemplo comprobata religionis Gelliana.*

litem

litem vel cum damno protelet ſuo, imitetur & illos Areopagitas, de quibus apud Gell. lib. 12. c. 7. Quando illud eueniet, vt iudicare cogatur? Tum an non propior iuſtitiæ aderit, ſi immo ex conſcientia iudicaret? certè propior, ſi ita iudicaret iuſtitia. ſi vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm vt veritas relinquatur: Si haſce hominum traditiones contemnimus iuſtiùs, quàm veritatem ipſam. etſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolemnibus, tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. l. 183. de reg. iur. iuſtus iudex æquitatem ſolutiùs ſequitur. l. 14. §. 12. de relig. æquitas vt cum præceptis ciuilibus ſit, magis tamen ad merum ius gentium et naturale æſtimatur, quod hos iuris apices ignorat. Adde, ibi legum placita contemni, vbi periculi certum damnum veritatis, nedum periculum. Magis igitur erit, vt ſecundùm conſcientiam iudicare debeamus, quàm contra ipſam. Verùm id in præſentia non tento, ſed illud, vt pro actis iudicare iudex non debeat. Quare, vt multa ſint ad rigorem iuris adſeruandum introducta: eorum aio nullum contra iuſtitiam eſſe, nec eſſe poſſe quoniam ſcilicet inde iniuriarum occaſio eſſe non debet, unde fluere iura debent. tit. 42. coll. 9. quoniam nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem.

c. 3 de re. iur.

l. bona fides. depo.

l. ſi fideiuſſor §. quædam. & §. vlt. mand.

l. meminerint. C. vn. vi.

tatem. Agnoscis Modestini verba? Hæc actorum obseruatio inducta est, vt constet veritas. l. 3. D. de testi. l. 4. C. eo. l. iudices. C. de iudi. & in Auth. de testi. in prin. cum not. in l. 2. C. de ed. qua itaque interpretatione nos acta statuemus ad opprimendam veritatem? Inducta ad certum finem non possunt contrarium operari. l. quod fauore. C. de leg. Quod de vsucapione dicitur, non mouet. nam iustitiam habet ea sanctio. l. alienationis. de ver. sig. Alterum de re iudicata adhuc minus: quoniam & rescindi hæc potest non vna ratione. vt omnes docent in l sub prætextu. C. de trans. Sed & responsio debilis ab eo, quod vt factum maneat, ad id, quod fieri debeat. l. patre furioso. de his, qui sui sunt &c. summa omniũ hæc: Nihil ex rigore contra Iustitiam. contra regulam l. nulla. de legi. & l. quod fauore. C. eo. At aliud fortè ex interpretibus meo respondebitur argumento. Iudicem videlicet iudicare de his debere, quæ vt iudex nouit. eam conscientiam esse priuati hominis. Et his tamen occurritur. Veræ probationes hæ simpliciter dici nõ possunt, ac ne probationes quidem. est enim probatio veritatis adsertio. falsum est quid quid aliud: & falsum nihil est. l. Paulus. de ver. sig. l. 2. §. 1. que. test. ap. l. 4. §. 2. & l. 6. in prin. de in di. add. Arist. in præd. in c. de subst. in fi. & in c. vlt. lib. 9. Metaphys. & gloss. in §. semel. inst. qui ex ca. ma. non lic. sic verum pro iusto, & falsum pro iniusto interpretatur. Veræ an falsæ probatio- l. 25. D. d lge.

nes ſint, & an probent, non ex ipſis productis videndum, ſed ex ipſo iudicante. nam hîc ſecundùm ſuam religionem, *ſecundùm quod* ſibi viſum fuerit *iuſtum, legitimúmque iudicat. l. eum quẽ, 79. de iudi. & col. 2. tit. 3. & col. 9. tit. 8.* in arbitrio ſuo habet *facti quæſtiones. l. 1. ad Turp l. 15. ad mun. ipſe, an quid* ſibi probatum ſit, *quid* credat ex ſententia animi ſui, *diſpicit. l. 3. de teſti. cum teſtibus & negotij qualitate* cõ currere motum iudicis *adhuc oportet, vt ſint ſequenda teſtimonia. Confirmabit iudex* motũ animi ſui ex argumentis. *ad ſinceram teſtimoniorum fidem, et teſtimonia reſpiciendum eſt, quibus lux veritatis adſiſtit. l. 21. eo. Quæ verò illa religio, quæ factum ignoratum magis aut celatum a teſtibus, quàm in veritate incertum, immo certiſſimum non curabit? improbaretur Vlpiano. Quomodo iuſtum iudici videbitur, quod ſciat, vel aliunde, iniuſtiſſimum? Quod arbitrium, boni viri arbitrium, iſtud? Quid probatum? quæ ſententia? qui motꝰ animi eſſe poteſt ad acta? qualis affulget lux veritatis? ſi motus animi iuſtus ex argumentis et poteſt & debet, qui erit ille iudex pluſquam hebes, qui nequeat aliquo argumẽto motum animi continere, vt cũ teſtimonijs non concurrat? Sed non eſt opus, vt a concurſu cohibeatur, qui auerſatur concurſum penitus: q ſciat veritatem aduerſus acta manere. Non eſt ſcientia iudicis, ſed priuati hæc? Inanis diſtinctio, & incognita prorſus legibus ſupradictis. Pruden-*

l. 7. §. 1. de contr. emp.

ter hîc instat Oldendorpius, & contra distinctionem hanc disputat. Ego etiam contra moueo ex specie l.7.§.vlt.de iniur.ex specie quidem, vbi de pœna, & augenda tractatur; ac augetur, certumq; est, iniurias magistratui non aliter aut notam, aut factam, quàm huic iudici veritas, de qua agitur. Adiungo speciem l.9.§.aduocatos.de off. procons.quid enim aduocatum proconsul, & multo magis, non dabit, si sentiat per aduersarij potentiam fieri, vt nec in actis ea res innotescat? Falsa igitur illa distinctio duplicis personæ in nostro hoc iudice. At vera sit.tamen non eo casu erit vera, quando incommodum sequi aliquod potest. do casum l.x. in fi.de in ius voc. cur enim patronus ibi non sustinet personam aliam? ne in ipsa cognitione grauius aliquid emergat.arg.l.3.§.1.de susp.tut. Nec quod certum est ex iure esse, fieri debet, si magnum subsequatur incommodum, l.arbor.§.de vestibulo.comm.diu. An non maximum hîc; & dubia est quæstio? Aut vera ea non est distinctio, & vnum gerit animum homo vnus: quare nec possit quidquam nisi vt vnus cognoscere. & vicimus. Aut vera est. & ex ipsa etiam argumentum confirmo. quod scilicet Titius tanquam priuatus de sua priuata scientia se tanquam iudicem instruet. ac, si non aliud, id certè efficiet, vt acta fidem sibi non faciant. Isto modo pars eadem & iudex.l.2.de off.prat.l.vni. de off.cons.l.3. de adopt. pars & testis.l. admonendi.de iureiur.l.fi. C.de fideic. quæ tamen ab-

l. nullus. D. de testi l. omnibus. C. eo. & Tib. co. de di. do. §. 1.

absurdissima solent, & iniquissima censeri. Et sanè sunt maiora quàm vt iudex quis sit & testis: postquam affectio, interesse, propria causa non potest vacare magnis suspicionibus, quæ iudicem non contingunt. Est alibi tabellio idem & testis. l. Domitius. qui test. fa. poss. est eligens & electus. l. planè. & seq. quod cu. vn. obligatus & de quo est obligatio. l. 19. de euict. exigens & exactus. l. 9. §. 3. de pecul. tradens & cui traditur. l. 78. §. 1. de cont. empt. succedēs & cui succeditur. l. 3. in prin. & l. 12. §. 5. qui po. in pi. hab. soluens & cui soluitur. l. 9. §. 4. de adm. tut. credens & cui creditur. eo. fur & furtum. l. 1. C. de ser. fug. l. 22. C. de agric. & cens. atque alia eiusmodi.

Pla. in sophis. Arist. 1. Post.

Et nec a philosophorum placitis abhorrent hæc, si illi animos secum etiam loquentes faciunt. Tandem verò disputationem totam argumento ex l. vlt. C. de app. ita concludo. Ibi a legislatore, ruptis vinculis, remittitur iurisditionis defectus, vt veritas habeat locum suum. In hunc igitur modum contra adsertionem communem. Probatum coram iudice incompetenti nihil dici potest. etenim est is tanquam priuatus. l. vlt. vbi not. de iurisd. tamen si coram isto quid fuerit productum, ruptis vinculis, iubet Cæsar, eum secundum illam explicatam veritatē iudicare. Remittitur ergo defectus iurisditionis, qui omnibus maior est, et hoc ipso probationum. l. 1. §. pe. quæ sent. si, app. resc. & omnes dicunt, vt per Vant, in tit. de nul. ex defec. iurisd. Verisimiliter itaque, & mul-

multo magis remissuros legislatores minorem probationum defectum in casu nostro, dicendum est, si interrogati fuissent, saltẽ vt pronunciaretur N. L. N. eutro casu constat de veritate. non nostro, quia non probatum. minus in l. fi. quia nihil actũ coram iudice incompetenti propter defectum iurisditionis, qui maior est, qui est omnium maximus, is tamen defectus tollitur, vt veritas optineat. ergo multo magis tolletur minor. & adhuc magis, veritas saltem ne opprimatur. Mendacium veritati præferri nulla *ratio patitur. Leo const. 19. Quæ ratio hæc, vt acta seruentur potiùs? Si his replicatur, facilè admitti iurisditionis prorogationem, ego longè faciliùs concedi dicam probationum ampliationem. saltem ne veritas opprimatus, id sæpiùs inclamo. Quid? an dicetur in d. l. fi. apparere de veritate: in quæstione nostra non apparere; vt idem sit, atque si non esset? Sed nec magis apparet in l. fi. vbi nullus omnino testis coram iudice & incompetenti & nullo, & si regula l. duo sunt Titij. vera est in proposito: sic ex ea. in l. fi. de veritate non constat, vt debet. igitur atque si non constaret vllo modo. quia paria sunt nõ esse, & non esse, vt debet. l. 7. C. ne de sta. def. quæ in terminis probat, paria esse, si quid factum non sit, & si sit factum apud iudicem incompetentẽ. At illa parium enunciata suis sint tenenda casibus: aut ex ipsis (quod est absurdũ) potestatem, actũq; confundemus. Conclusio omnium.* Aut probatum quid dici nequit iudici in quæstione

noſtra, aut ſi probatum dicimus: dandas etiam conſcientiæ partes aliquas, vel vt in eadem perſona, vel vt in diuerſa. Remiſsis aliquibus ſolemnitatibus minoribus, poſt quam maiores remittuntur, vel ne peri-ſtas traditiones contra iuris, iuſtitiæque & ipſarum finem veritas cunctis rebus an teponenda hîc nihili fiat, non erit ſecundùm acta, contra certam ſcientiam iudicandum. *Adduci autem non poſſum, vt impio Canoniſtarum pronunciato adſentiar, quod eſt de conſcientia deponenda, quoniam non video, quomodo poſſim hoc facere, ſi maximè velim. An enim ſarcina hæc? An vt externos ſenſus manibus oppoſitis poſſumus impedire, tractare vt libet, ita & internos? Quomodo! Ouidius huius Canonicalis adſertionis retegat malum.*

l.leg.2. lib.2. *Culpa nec ex facili, quãuis manifeſta, probatur:*
Iudicis illa ſui tuta fauore venit.
Viderit ipſe licet, credet tamen ille neganti,
Damnabitque oculos, & ſibi verba dabit.

Seius me vidente (nec fallor) Titium occidit, in actis planè de Seij innocentia dicitur, ego Seium abſoluam? Quid in caſu contrario non condemnem? leges, quæ de abſolutionis fauore loquuntur, caſus dubios habent. ſed hîc idem eſt ex vtroque latere caſus certiſſimus. Rectiùs igitur l.200.de reg. iur. *(certè credo) ex Iauoleni documento (Quotiens*

ens nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est, quod minimum habet iniquitatis) *iam vbi non potest quæstio hæc sine captione determinari, sed vel acta offendere oportet, vel conscientiam, quod minimum habet iniquitatis sequemur, & quasi mediam viam, ne quidquam definiemus.* Quoties æquitate desiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est. *ait Pau. æquitas, naturale desiderium, iuris dubitatio hîc est. Quis neget? Temperandares itaque, non ad alterum extremorum ducenda.* l. 85. de re. iur.

Vtrum possit Princeps rei alienæ dominium sine causſa tollere.

CAP. XIV.

DE principe Romano hîc agitur, eoque, qui ex iure nostro Iustinianeo imperium teneat. nam, si hos terminos quæstioni non ponimus, finem eidem non ponemus, nec de iure erit disputatio, sed de facto magis. Itaque nec Caium, Neronem, Caracallam, Carinum, similesque, & Seleucum & Alexandrum, & alios dicam, vt ex ipsis argumenter, quomodoque sibi ius adseruerint; omnia sibi & in omnes, & in omninm hominum bo-

na licere contenderint; leges dare non accipere; vnam esse legem omnibus communem credere æquum semper esse, quod a Rege præscribitur. *iustum quod potentiori vtile; immo iustissimum quod placet & expedit principi, quod vis armatorũ in impotentiores agit. Quidꝫ si ea omnibus est communis lex, an non est etiam ius gentium? at ratio iurisgentium multùm valet vbi de potestate agitur Principis. docente Bal. in pro. Cod. Caraz. de Prin. vers. 85. Et ex his breui concluderem. Hæc non adfero, quæ ex Suetonio, Dione, Spartiano, Appiano, Vopisco, adde etiam ex Platone aut Aristotele ceterisue referuntur, nõ ex Vlpiano, Hermogeniano, reliquis, & ex ipso Iustiniano legislatore. nã & illis auctoribus probata nõ sũt, sed protinus illaudata. Ex iure ciuili argumentor sanctissimo, probatissimo, laudatissimo ab omnibus tum doctrina tũ virtute præditis viris, & ab omni ætate. Nec ius Paparum allegabo, cuius est clausula de plenitudine potestatis (tempestatis dixit Baldus) iuri Romano incognita. cuius illud est, sic volo, sic iubeo, stat pro ratione voluntas. cuius sexcenta sunt tyrannica: tyrannidẽ stabilentia: quæ eas partes cõfirmarẽt optimè, quas ego hîc adserere debeo. Nihil de successione, nihil de electione, nihil de eo differendũ est principe, qui armis imperiũ quæsijt: nã cõstituimus, quẽ vnum intueamur. Plura autẽ non dico, sed ad rẽ venio. Princeps legibus est solutus. l. princeps. D. de legi. Imperatori Deus leges subiecit. §. pe. in Auth. de con-*

Alc. reg. 3. Præs. 8. & ad l. 2. C. de in ius vo.

consul. Igitur non tenetur eo præcepto, vt suũ cuique tribuat: illo nõ tenetur, vt neminẽ lædat. Video respõsũ multiplex. Primũ ex l. digna vox. C. de leg. l. ex imperfecto. C. de testa. & l. ex imperfecto, 23. D. de leg. 3. Huic replicatur, esse quidẽ e dignitate, e verecundia, propriũ imperij, legibus viuere: idq; in his locis dicitur: at nos quærere de eo, quod liceat. Latiùs hoc patet, quàm verecũdia, dignitasque. l. semper in coniũctionibus. l. non omne. de reg. iur. Male itaque in hanc formã. Non potest princeps in eo, in quo potestatis habenæ arctiores. Ergo nec in eo poterit, in quo sunt laxiores. *Facit autẽ ad rem l. solent. §. 1. de off. proconsul. l. qui iurisditioni. de iurisd. iũcta l. in priuatis. de iudi. aliàque in iure: vbi potestati datur, quod est honestati, debitóue denegatum. & est apud omnes artifices res notissima. Possit itaque hoc princeps, ego, an dignũ sit, nõ curo: quia adsertio, contra quã dissero, in priori specie est. Sic hæ leges componendæ, quæ eiusdẽ legislatoris sunt, vt verè solutus sit legibus Princeps. in quod addo §. fi. Inst. qui. mo. test. infir. ne scilicet arripiatur cũ ieiuna interpretũ traditione occasio ex verbo* videtur, *q̃ est in d. l. 23. nam aiũt in eo §. Seuerus & Antoninus, legibus se* esse *solutos. legibus est solutus princeps, ipse tamẽ se solutũ nõ patitur* ex honestate. *repeto in conclusione verbũ hoc, quia repetita creduntur quæ posita in præfationibus sunt. l. Titia. §. 1. de ver. oblig. Regula non obijciatur mihi, quæ est, vt non possit fieri, quod*

l. filius. de her. inst. l. x. §. pe. ma. l. 3. in fi. de vsur.

honestè, quod sine rubore non potest. nã respondimus. dicimus etiam, nec faciendum ideò quod fiat honestè. l. 12. §. pe. de adm. tut. nec. n. omne, quod honestum est, est iustũ. l. bona fides. Depo. quod qui recusarẽt, quãuis honestè id facerent, ius tamẽ amicitiæ deserere arguerẽtur. *Ci. in Læl. distincta hæc sunt, potestas, honestas, debitũ. statũ quæstionis, qui de potestate est, non tenemus, si ad alia diuagamur. Sũt quædã laude indignissima, & iure concedebantur: quædã æqua admodũ & iure tamen vetita. quod ex disputatione Sex. Cæcilij I. C. cum Fauorino Philosopho colligere licet apud Geil. lib. vlt. c. 1. & nos scimus, improbam tuitionem tempus esse, & tamen esse tuitionem non vno casu. Multa possem adferre. Preterea est regula illa accipienda, si non sit medium inter honestum & inhonestum: vt quidquid illud non sit, istud sit. tum rectè statuitur, quod honestè nequit, ipsum nec esse posse: leges. n. non admittunt turpia. Et ita loquuntur omnes species, quibus ea adijcitur regula. verùm si protinus quid inhonestum non est: quis regulam admittet? medium est inter honestum & inhonestum. l. munus. 214. de verb signific. repugnat l. non omne. et quæ ibi ab interpretibus congeruntur. An negatur in proposito nostræ quæstionis medium esse posse inter extrema illa ablationem rei alienæ sine caussa? At ego probabo, si ostendam, in eodem genere solere Principem aliquid facere. nam si ex genere turpium esset, nihil vnquam faceret. Ostendam. interim*

In Auth. vt' eccl. Ro, &c.

rim eluſa eſt reſponſio, quæ a l. digna vox. cognatiſque adferebatur. Secundum reſponſum fuerit, Solemnitatibus Principem ſolutum. arg. l. ex imperfecto. C. At diſtinctionem hanc nimis refutant generalia aliarũ legum verba. at nec eam probat d. l. ex imperfecto. quis. n. ita colligat? In l. ex imperfecto. dicitur, principem ſolemnitatibus ſolutũ. His igitur ſolemnitatibus ſolùm ſolutus eſt. *at in l. ex imperfecto. D. idem caſus habetur. & ratio in verecundiam reijcitur. Adferam & aliud mox. Tertia reſponſio eſſe poteſt: vt quæ Iuris ciuilis ſunt, ea tolli per Principem valeant, non quæ iuris gentium, ſicut eſt dominium. §. Sed naturalia. Inſt. de iu. na. Verùm obijciuntur a me huius §. illa verba,* quæ peræquè ſeruantur &c. *Ius autem dominij nec idem nec peræquè apud omnes. Quid quoque ſi tollit rei vindicationem? actio eſt ad rem ſuam recuperandam. eſt quid ciuilis iuris. non tollit etiam rerum dominia? Et pignus tollit, qui pignoris denegat perſecutionem l. 27. de noxalib. Tandem, an conceditur, iure ciuili quæſitum dominium tolli a Principe poſſe? igitur generaliter non defenſatur concluſio generalis? Quæritur & iure ciuili dominiũ. Quid? Eſt ſemper iuris gẽtiũ dominiũ, vt vt ſint modi plures illud quærendi de iure ciuili. Id né dicitur ex Bal. & Iaſ. in l. omnes. C. ſi con. ius, vel vt. pub.? Fauet iſta reſponſio cuidam meæ opinioni, vt omnis ſeruitus ſit iuris gentium, licet rationes quædam ſint, quibus a iure ciuili introducitur*

ex 4. Herod. ex 11 Strab. Ariſt. lib. 2. Polit.

l. in rẽ. actio. de rei vind. Iaſ. in l. 1. C. com. de leg.

citur. itaque eam non refello. Quid ergo l. 2. C. de prec. imp. off. ? Nunc ostendo, quod polliebar. Si potest tollere moratoriam prescriptionem, certè ius tollit alienum, & quidem gentium. l. vt vim. de iu. & iu. exceptio ipsa est iuris gentium. l. iuris gentium. in prin. D. de pact. Scio qua multa regeri possunt. Modici damni rem in d. l. 2. Non tolli ius per eã repræsentationẽ: sicut contra nec aufertur, quod differtur. Ibi de iure tollẽdo, nõ de dominio rerum dici. Nõ dici quod sine causſa. Distinguere oportere inter ordinariam, & absolutam potestatem. Noui hæc & alia obijci posse. At sic ad singula. Si potest quæ sunt modici detrimenti: etiam & quæ sunt magni potest. nam hæc non variantur mensura. Plus & minus &c. l. si. de fu. instr. Et si hodie modicum, & cras modicum, & perendie modicum, certè multa modica (vt dicitur) facient & vnum grande satis. Principijs obsta. inquiebat poeta aliquis. Radicem amputato, aut succrescent arbores. l. si. C. de nupt. §. & hæc valere. in Auth. de non alien. Facit l. si idem. D. de iurisd. vt. n. ibi si cũ eodem pluribus actionibus idem agat, quarum singularum quantitas intra iurisditionem indicantis sit, coacervatio verò omnium excedat modum iurisditionis eius, id facere posse dicitur: ita hîc plura modica (& vt verè plura sint, finge diuersis penitus temporibus singula capi) quid pariter non poterit Princeps, si vnum potest? Facit Pomponij consilium, quod est in l. si ex toto. de leg. 1.

&

& Vlpiani in l. fideicommissa. §. si rem. de leg. 3. vt si quid vel minimum datur, ex quo ratio ad alia maiora duci possit, ratio non sit, maiora velle negare. Ad secundum respondetur, rei veritatem non ita se habere, reposita presenti obligatione, sublata, quæ in diem fuerat. §. omnis. Inst. de ver. oblig. Quid si in diem longissimam? an non damnum maximum? Quid si penes me dominium rei alicuius per multum temporis esse debet? An non dominium rei aufertur remissa ea moratoria præscriptione? Sic igitur nec secundam responsionem admittet lex ista. nam plus dicitur etiam tempore. §. si quis agens. Inst. de act. & quod differtur, ex parte certum est auferri. Noto & illud, quod in l. 2. non negantur Principi ea, quæ magni incommodi sunt: sed dicitur, ista ab eo peti non posse; & non posse sine graui dispendio fieri: non dicitur fieri nõ posse videturque contrarium significari: nam si simpliciter non posset, quid tot adiecta verba? Ad tertium breuiter ex l. rei appellatione. de ver. sig. & §. vlt. de in. nat. ge. & ciui. iuncto quod sub rerum tractatione est & de dominio tractatus. Et si ius potest, quid non etiam dominium? Quid est dominium? Ad quartum etiam breuiter. intelligi sine causa legem debere: quia cum causa inferiores quoque possunt. Ad vltimum, de ordinaria accipi legem oportere: quoniam aut falsa ea est definitio, aut ex absoluta potestate potest omnia: hæc enim aliud nihil esse videtur, quàm

l. 17. §. 8. de æd. ed. l. 8 §. 11. de inoff. test. &c.

quod

quod velis idem & possis. Ista l. 2. tollit, quod de solemnitate dicebatur. Ultimum verò aduersus cuncta mihi præsidium fuerit ex reg. l. si quis in principio. de leg. 3. neminem sibi eam legem imponere, a qua ipse discedere non possit. Princeps legibus solutus est. ipse legibus se alligat. ipse potest ab hac sua lege discedere. Nec dicatur, fieri id in damnum alterius non posse. nam quid dubij si ita est? Si priuatus tandem potest in damnum principis sua perdere. D. pro derel. l. 54. D. de cond. & dem. L. 24. §. 5. in fi. sol. matr. damnum hoc est principis. §. fi. Inst. de his, qui sui sunt &c. Quid non poterit Princeps damno priuatum adficere? Non est consequens, vt his imperium non fruatur a priuatis, quæ ab eo præbentur illis. §. pe. in Auth. *vt non fi. pig. l. fi. C. de cons. cum simil. Maiora immo sunt danda principi, si instum est, quod potestate est equale. hoc est quod pro vniuscuiusq; dignitate est. vt nostri volunt, & alij. Meminisse quoque eorum titulorum oportet, qui principi adscripti passim sunt in Codice,* Cæleste oraculum, diuinitas, Æternitas, Æternales vultus. &c. *nam redigentur in nihilum, si illius potestas tam arctis cãcellis cõstringetur; et ridiculo haberentur. Ex his tollitur quod dicit Bal. vt per Cara. in trac. de princ. vers. 344. principem in solis casibus a lege expressis aliter agere posse, quam ex legibus. sed & indistinctè posse id priuatos contendo. Habes, mi Beuanne, & quæ in ista quæstione excogita-*

Arist. vt per Laert. in ei. ui Gal. lib. 4. de articul.

ueram

ueram, vt aliquid, non tam pro animi ſententia, quod in præcedenti feci, quàm pro neceſſitate abs te mihi relictarum partium dicere contra veriſſimam tuam adſertionem potuiſſem. Sed an dixiſſem? ſi per te, ſi per impetum & ardorem diſputationis fieri potuiſſet. aliàs (quod apud nos eſt in prouerbio) cum his omnibus rationes protinus ſine caupone ſubduxiſſem, vale.

BRITISH MUSEUM
17
29
DEC

ALBERICI GENTILIS.

Lectionum & Epistolarum *quæ ad ius ciuile pertinent.*

LIBER III.

LONDINI
Excudebat Ioannes Wolfius.
1584.

Michaelis Rotæ.

Vt pars magna ſolet ſcribentũ, haud congerit iſte
Doctrinam ex alijs, quod docet omne ſuum eſt.

HORATIO PALLAVICINO
Patritio Genuenſi

Albericus Gentilis. S. P.

Vi aliter cum meæ ſortis hominibus fiet? Munus en, Pallauicine magnifice, ad te defero tenue & exiguum. Sed cuius tamen generis alia alijs deferebam: dum ſcilicet ab ingenio meo maiora nequeo obtinere, & nolo ipſe non ſtatim gratus in eos videri, in quos ſum equidem longè gratiſsimus. Neſcio enim quomodo innata illa mihi ſummi viri ſententia fuit, vt qualis ſum, talis, quoque haberi maximè cupiam. Munus eſt (vt vides) mearum Lectionum & Epiſtolarum libri tertij dedicatio, a me (narro tibi) facta animo non tantùm meo, ſed genijs quoque omnibus (quod dicitur) maximè fauentibus. ſi tamen illud eſt non fauere maximè, quòd dignius aliquid præſtare nomini tuo maluiſſem, nec tantulo huic facto adquieſco. Verùm ſi, quod dixi, diutiùs differre nolui, quin notum tibi facerem, qualis eſſet animus erga te meus, profectò dare, quàm volo, minus oportuit, aut quàm tua externa iſta longè pulcherrima internaque etiam atq; etiam nobilior a bona requirunt. At ratio in his libris mea hæc quoque eſt, vt per ipſos indicem potiùs, quos mihi (pro viribus ſcilicet meis) ornandos deſtinaui, quàm vt ornare in preſentia cogitem. Nec enim qui nullam ex iſtis ſcriptorum donis dignitati ſuæ fieri acceſsionem putant, refellendi a me ſunt ſi reliquorum ſanæ mentis hominum iudicio ſcio tales exiſtimatos, vt id credant quia laude omni, & ornamento indignos eſſe ſe ſatis, & hoc vnum, cognoſcant. Librum hunc tertium alij multi, quos paratos, & tantùm non ad manus habeo alijs tum nobilibus tum amicis viris in illum eundem finem inſcribendi ſequetur. Nam

præter alia, hoc etiã boni habet genus iſtud ſcr iptionis quod nemo veſtrum, quibus ſic meos libellos dono, vel ſuſpicari poteſt, alterum a me alteri prælatum eſſe: cum nullus niſi titulotenus eorum ordo ſit, & vnuſquiſque nequeat non primus eſſe, qui ex ſe totus, nequidquam ab alio eſt. immo ſi in diſceptationem rem deducimus, meliorum librorum ratio (meliores enim iudico, quos ſcribo ætate grandior) vincere etiam poteſt, quod ex eorundem nudo nomine obtendi valeret. Quamquam quid hæc c ogitem? quaſi ex meo, ſi quod eſſet, iudicio præiudicium veſtrum cuiquam adferretur. Cupio tibi, reliquiſque rem ita facere gratam. cætera ne quidem primo illo mentis motu attingo. Tu hoc, quod quod eſt, aut factum, aut teſtimonium futuri libens amplectere ab hilari videlicet donatore ac vale.

Oxon. III. Non.
April. M. D.
Lxxxiiii.

ALBERICI GENTILIS

LECTIONVM ET EPISTOLARVM, QVÆ AD IVS CIVILE PERTINENT.

LIBER TERTIVS.

De iure naturali, gentium, & ciuili.

CAP. I.

Lb. Gentilis Georgio Pouleto illustris equitis Amici Pouleti F. Rectè, mi Poulete, sentis, legatorum argumentum ex iure gentium censendum totum. si scilicet non de ijs loqueris, quos ad principem suum solent, frequenter etiam, mittere subditæ ciuitates: hi namque & ciuilibus legibus iudicantur: at de alijs, qui more antiquissimo a principibus, ciuitatibusue liberis ad similes principes & ciuitates mittuntur, habenturue (tamen hoc vetustum institutum non reor) continuò, quòd inter principes frequentiora negotia intercedant, quàm vt commodum sit iugiter legatos mittere, & non hos potius alterum apud alterum habere semper. Rectè, si, quod puto, sic sentis. nec est,

cur istiusmodi quidquam tibi explicare in presentia velim: quin ero in eo, quod rogas, penitus, atque ex prudentum nostrorum definitionibus triplex illud distinguam ius, naturale, gentium, & ciuile. Ac quidem, vt bene faciam, ius naturale est ius, quod natura omnia animalia, non homines tantum edocuit, ipsa est difinitio naturalis iuris a Iustiniano legislatore in suas institutiones relata. nec enim ego vocem ius *addo, quae scripta apud imperatorem non legitur; sed quae necessariò, ac facilè subintellegitur, ipsa a me in medium ducitur, & oculis aperta subijcitur. Non deest, quod subaudiatur, sed directò inest*

in l.1.D.de her.inst. *ait meus Baldus. solitus est tuus ille ingeminare, meministin? Qua ex re liquet frigidam esse quorundam obiectionem, vt si quae nobis cum brutis communia sunt, iuris debent appellatione complecti, ius sit & cibum capere, & dormire, & currere, & quiescere, & eiusmodi reliqua.*

H.

Gou.lib.1. lect iu.ci. c.19. *Nam, vt mittam, satisfactum argutiolae huic dudum esse, si argutatur iste edere, dormire, aliaque minimè ad ius arbitratur pertinere, ea nec definitione continentur, quae ait,* est ius &c. *Mihi tamen ista omnia separanda penitus a iuris ratione nõ videntur: sicut nec seiungitur vis repulsio. etenim diuersitatis causssam in proposito non video vim inter externam, & quam sibi quisque adhiberet, dum ea non faceret, sine quibus vita hominum consistere haudquaquam po-*

in somn.Scip. *test. Et planum in hominibus hoc vel Ciceronis*

nis testimonio videtur, qui retinendum nobis datum animum in custodia corporis docet, nec ex hominum vita migrandum esse, nec munus istud adsignatum a Deo defugiendum. perspicuum ex Platonis nono de legibus habetur, & suis illis legibus in hoc positis, qui sibi mortem consciuerint ipsi. Nihil enim est opus de legislatoribus nostris loqui, quando ipsorum libri, eandem ipsis sententiam fuisse, liquidò contestantur. Necare apud nos dicitur etiam qui alimonia denegat. At praeclarum, me hercule, locum memini huius esse argumenti apud Iosephum de bello Iudaico libro tertio. nam diuersarum narrat leges gentium, quibus in sui ipsius interfectores grauiter vindicatur: & id scribit, necem sibi adferre esse contra omnium animantium naturam. Itaque si iuris naturalis est vim externam repellere, quod ex Topicis adferunt Ciceronis; quid ni propriam quoque istam? Caussantur cum patre Valla recentiores nostri, verbum iniuriae in bestias non conuenire, vt ne nomen quidem iuris istius possit, quod in vi propulsanda vertatur: nec enim sunt iniuriarum bestiae capaces. vt igitur contra naturam earum sit quoq; vis omnis, contra ius tamen non est. Verùm decipiuntur egregie. nam etsi ius bestijs non sit, a quo si discedatur, iniuriae eiusdam nomen stat: non propterea in vniuersum ab omni iure excludemus brutorum genus. non enim iniuria tantùm contra ius est, quae absque animo non admittitur; sed

l. necare. D. de adqu. & al. lib.

C. H.

l. 5. D. ad leg. Aqui.

cur iſtiuſmodi quidquam tibi explicare in præ-
ſentia velim: quin ero in eo, quod rogas, penitus,
atque ex prudentum noſtrorum definitionibus
triplex illud diſtinguam ius, naturale, gentium,
& ciuile. Ac quidem, vt bene faciam, ius na-
turale eſt ius, quod natura omnia animalia, non
homines tantum edocuit, ipſa eſt diſinitio natu-
ralis iuris a Iuſtiniano legiſlatore in ſuas iuſtitu-
tiones relata. nec enim ego vocem ius *addo, quæ*
ſcripta apud imperatorem non legitur; ſed quæ
neceſſariò, ac facilè ſubintellegitur, ipſa a me in
medium ducitur, & oculis aperta ſubijcitur.
Non deeſt, quod ſubaudiatur, ſed directò ineſt
in l.1.D.de her.inſt. *ait meus Baldus. ſolitus eſt tuus ille ingemi-*
nare, meminiſtin? Qua ex re liquet frigidam
H. *eſſe quorundam obiectionem, vt ſi quæ nobis cum*
brutis communia ſunt, iuris debent appellatione
complecti, ius ſit & cibum capere, & dormire,
& currere, & quieſcere, & eiuſmodi reliqua.
Gou.lib.1. lect iu.ci. c.19. *Nam, vt mittam, ſatisfactum argutiolæ huic*
dudum eſſe, ſi argutatur iſte edere, dormire, a-
liaque minimè ad ius arbitratur pertinere, ea
nec definitione continentur, quæ ait, eſt ius &c.
Mihi tamen iſta omnia ſeparanda penitus a
iuris ratione nõ videntur: ſicut nec ſeiungitur vis
repulſio. etenim diuerſitatis cauſſam in propoſito
non video vim inter externam, & quam ſibi
quiſque adhiberet, dum ea non faceret, ſine qui-
bus vita hominum conſiſtere haudquaquam po-
in ſom.n.Scip. *teſt. Et planum in hominibus hoc vel Cicero-*

nis testimonio videtur, qui retinendum nobis datum animum in custodia corporis docet, nec ex hominum vita migrandum esse, nec munus istud adsignatum a Deo defugiendum. perspicuum ex Platonis nono de legibus habetur, & suis illis legibus in hoc positis, qui sibi mortem consciuerint ipsi. Nihil enim est opus de legislatoribus nostris loqui, quando ipsorum libri, eandem ipsis sententiam fuisse, liquidò contestantur. Necare apud nos dicitur etiam qui alimonia denegat. At praeclarum, me hercule, locum memini huius esse argumenti apud Iosephum de bello Iudaico libro tertio. nam diuersarum narrat leges gentium, quibus in sui ipsius interfectores grauiter vindicatur: & id scribit, necem sibi adferre esse contra omnium animantium naturam. Itaque si iuris naturalis est vim externam repellere, quod ex Topicis adferunt Ciceronis; quid ni propriam quoque istam? Caussantur cum patre Valla recentiores nostri, verbum iniuriae in bestias non conuenire, vt ne nomen quidem iuris istius possit, quod in vi propulsanda vertatur: nec enim sunt iniuriarum bestiae capaces. vt igitur contra naturam earum sit quoq; vis omnis, contra ius tamen non est. Verùm decipiuntur egregie. nam etsi ius bestijs non sit, a quo si discedatur, iniuriae eiusdam nomen stat: non propterea in vniuersum ab omni iure excludemus brutorum genus. non enim iniuria tantùm contra ius est, quae absque animo non admittitur; sed

l. necare. D. de adqu. & al. lib.

C. H.

l. 5. D. ad leg. Aqui.

Sed omne iniuria eſt, quod non iure ſit, etiam culpa, etiam ab eo, qui nocere noluerit; & omne in ſumma, quod eſt non iurium, vt loquitur Vlpianus. Licet ergo primum iniuriæ nomen in beſtias non cadit ex Ariſtotelis & eiuſdem Vlpiani ſententia; cadit tamen reliquum; ni ſunt, quæ retulimus, vana. Exemplo autem fiet, quod dico, clarius. Adfirmamus, naturalis iuris eſſe fœtus educationem. neque educat, neque fouet cuculus. cuculum & ego ab iniuriæ crimine patior immunem; at niſi illum naturæ quoque priuilegium tuetur, quin peccare contra ius naturæ credamus, non video. Vis eſt (vt concludam hoc caput) duplex. vna, quæ habet & iniuriam, id eſt, contumeliam; altera, quæ omni contumelia vacat. prior in beſtias non conuenit: vnde & ab alio I. C. rectè eſt traditum, vis atque iniuriæ propulſationem iuris gentium eſſe; vis ſcilicet cum iniuria, cum contumelia coniuncta. nam ea adſertio non alterutro, vt credidit quidam, ſed clauditur vtroque facto, quaſi definitio duorum, pluriumue generum coniunctione compoſita: quod nos explicantes iuriſprudentiæ definitionem in Scævola noſtro indicauimus; atque poſſemus hic deducere, alijs adductis definitionibus, latiùs, ſi proprium argumentum & ipſum non oporteret præcidere: quod ſic amplum eſt; vt ne longa quidem commentatione, tantum abeſt vt epiſtola, teneri queat; ſi ſolas, & eas etiã pancis, parceque, notaſſe definitiones, non placet. Audi

l.1.D.de iniur. Ariſt.li.5.Eth. Vlp.in l.1. ſi qua.

Ariſto.de adm.aud.

l.vt vim.D.de iu.& iu.

G.d.lib.1. c.20.

Def.Tutelæ cum interpr. Acc.&.

di igitur tertium argumentum, quod mouetur contra naturalis iuris traditam definitionem. Si quidem id diuagari non est; & dum errores deteguntur simul benè dictis firma (vt inquit ille) constituitur fides. Ius (aiunt) est, vbi communio. Sed nobis cum brutis nulla communio, nullum igitur nobis cum brutis ius. nullum igitur ius naturale. Nihil dicunt. siquidem alia ratione, quàm communionis, ius naturale nos definimus; illa scilicet, quòd ius istud, non homines tantùm, sed omnia animalia natura docuit: non fecit proprium humani generis. Cum itaque pateat satis, quam in sententiam loquitur Iustinianus, quid cauillamur? & ipse, aut doctissimi illi potiùs iuris nostri autores nouerunt istam subtilitatem, atque disertè significarunt ex communione ius gentium definientes, & ciuile quoque; quod mox videbimus, ius autem aliquod esse & sine ista communione, itidem Ethicorum quinto Aristoteles scribit: ac a nobis infra reponetur. Gal. lib. 2. de pulf. diff. C. H.

Cetera iam, quæ de æquitate, ratione, natura hominis etiam obtrudunt, inepta etiam sunt: ius namque hominum illa tangunt, non ius in vniuersum. Quod verò de brutorum ratione & in ex Cicerone atq; Plutarco nosti, id Galeni, & Platonis auctoritate ceu auctario meliori, & res ista tota ornetur. Scripsit ille in brutis etiam ineſſe rationem quandam reconditam: Platonis autem libro octauo de legibus hæc. In exh. ad bo. ar. Magnos brutorum greges videmus integrè agere

& castè antequam suscipiendæ prolis tempus adueniat. Sed cum eam ætatem attingunt, masculus cum fœmina, & fœmina cum masculo gratiæ cuiusdam vi, & efficacia copulantur, reliquumque tempus iustè & piè suo quidem modo viuunt, & in prioris amicitiæ pactis constanter perseuerant. *Quæ de sermonis vestigijs; quæ de speculatione aliqua & rerum natura ium peritia alij præterea congerunt, recensere, etiam quia excresceret epistola nimis, abstineo. omnia tamen benè conficiunt, ius quoddam brutis manere cunctis, quod naturale appellemus. Et sanè reprehendendus Budæus est, &, qui hunc sequitur, Hottomanus, quòd non de genere vniuerso accipiendam contendunt enunciationem,* bruta iuris naturalis peritia censeri, *sed de ijs duntaxat, quibus mirandum quiddam, ac præter vsitatum ordinẽ accidisse memoriæ traditum est. nec enim aut rei veritati, si quid hactenus nos probauimus, aut verbis congruit legum nostrarum ista interpretatio, quod vel in Maioragij epistola videbis, quam exscribendam tibi curabo. nam ego de iure naturali dicere plura non sustineo. Ius gentium ius est, quod naturalis ratio omnibus hominibus commune constituit. non natura constituit, sed natura cum ratione. quo additamento naturale ius exclusum statim est. nam rationis verbum non quodam modo, at propriè accipiemus secundùm notissimas definitionis regulas.*

Chass. in cat. p vlt. cons. 72 Arist. de adm. aud.

gulas. Omnibus gentibus commune & disertè dicit Iustinianus, & significat verbo peræquè, quod posuit in isto tractatu. His verò a ciuili separatum ius gentium quis non videt? Tamen id postea. Quia naturalis ratio ius constituit gentium, ipsum tum a nostris, tum ab alijs auctoribus ius quoque dicitur naturale. Hinc & antiqui iuris interpretes naturale ius duplex constituerunt: vnum videlicet prius illud, quod natura omnia animalia docuit; alterum hoc posterius, quod naturalis ratio solis hominibus constituit: quare & vocatum sit ius gentium, quasi quo iure gentes omnes, solæque vtantur. nec enim sunt, quæ non vtuntur: & aliæ non vtuntur animantes: & non gentes singulæ tanquam proprio singularum, sed tamquam omnium communi coutuntur. Sic gentium quoque ius istud duplex illi ijdem nostrates faciunt, non tamen adeo certa differentia, vt naturale fecerunt. & ego profectò nescio nisi subordinationis cuiusdam ratione distinguere isto loco. Ecce iuris gentiũ erga Deum religio, erga parentes reuerentia, populorum discretiones, dominiorum distinctiones, similia sunto: si bella sunt, (& sunt quidem,) si contractus, si obligationes, alia huius generis sunt iuris gentium & ipsa; certè quia, diuersa ratione a prioribus introducta videntur, fiet quoq;, vt nõ ineptè aliquã & hîc distinctionem excipiamus; primarijq; cũ nostratibus priora, secundarij alia dicamus gentium iuris, vel quib. quib. alijs nominib. voles. vt

sine bar-

Gal. lib. 2. de puls. diff.

barbarè, voles singula verba vsurpare, modò vt interpretationis lucem ne offendas, nihil laborandum. vt enim clarissimè quisque mentem suam potest significare, ita sermone vtitur optimo. & veteres illi interpretes (quod alij de veteribus doctissimis narrant medicis) satis omnes habuere, si in exponendis rebus solũ id spectarent, vt audientes, legentes intelligerent. Secundarium, aut deriuatũ nominamus hoc alterũ, quod occasione prioris iuris, & ex humanis inde natis necessitatibus emersit: puta ex illa dominiorum distinctione secuta sunt bella, secuti contractus. nam quis pari inductum ratione cum ea distinctione bellum opinetur? verè nostri introducta dicunt & orta ex iure gentium, hoc est, ex priori altero sequentia illa, & propterea nos etiam verè sic distinguimus gentium ius, vt discriminis ponatur aliquid id inter, quod produxit, & quod est productum. verè quidem, & subtiliter. aliàs probè I. C. Hermogenianus facit eiusdem iuris secunda cum primis: quia scilicet & primarium & secundarium gentium ius vtrunque. Atque tantum de iure gentium. Ius ciuile est quod quisque populus ipse sibi proprium constituit. aut etiam plures populi sibi singuli constituerunt, aut etiam commune cuncti. Intelligas in definitione ius esse genus, quod ad naturalis iuris definitionem monuimus, ne hîc quoque occurrat argutamentum, quo iuris ciuilis nomen & parietibus communicetur. Particula

Gal. lib. 3. de art.

l. ex hoc iure. D. de iu. & iu.

defi-

definitionis prima & vulgata apud nostros est, & est aperta. Significat autem in voce sibi *communionem illam, quam desiderari diximus in naturali; esse autem ostendimus in iure gentium. Reliquæ particulæ videri nostræ possunt. Secunda verò, ni tenebris offusa esset, disputatiunculisque nouitiorum, non maiori indigeret discussione, quàm postrema indigeat; quæ certa est atque dilucida Amphictyonicarum, & has sequentium Ionum, & Dorienſium, itemque Latinarum legum exemplo, quod apud Halicarnasseum habemus; quodque nemo non retulerit ad ciuiles leges, etsi diuersarum ciuitatum ius fuerit, quoniam scilicet in eo vna ciuitas erant omnes iure vno communiter adsumpto. Hæc itaque pars expeditæ determinationis. Proxima in quæstionem reuocatur, dum aliqui arbitrantur gentium ius esse, non ciuile, quod plures populi idem sibi singuli proprium constituerint; namque est hoc contra particulam secundam nostræ definitionis. At errant profectò isti turpiter valde. & quid ni errent turpiter, si Græcos iuris interpretes Harmenopolum scilicet sequi videntur, qui (referente Augustino) ius gentium definiuit, quo gens aliqua, aut aliquæ gentes vtuntur. Quid? ius gentium est, quo Veneti vtuntur, quia vtantur eodem Norimbergenses? ius gentium fuerit, quo vtebantur Romani, quoniam eodem Athenienses vterentur & Lacedemones? ius erit gentium ius istud, quod à Romanis deriuatum tenet nunc*

Dionys. lib. 4. ant. Rom.

H.

Lib. 4. emend. c. 4.

orbis

orbis Christianus vniuersus? At non omni humano generi commune est, nec in vsu quidem: vt nec gentium dici possit altera ratione, qua dici naturale docuimus. Ius ciuile est, quòd proprium sibi quaeque constituit ciuitas: id est, quòd non habetur ab alia vlla tamquam commune, sed vt propriũ et suum. idem, si plures teneant ciuitates, non variabimus: at vnum appellemus si in commune habent; plura, si sint singularum, dicam: quia plures, non vt vna, ciuitates, nec vt vnum, etsi est idem, habent. Vale, mi Georgi: ego finem imponã longæ huic epistolæ. tuis fruere studijs istis nobilissmis. me ama, qui te, qui generosissimum, humanissimumq; Antonium fratrem, qui patrem tuum virum splendore maiorum nobilem, politica prudentia spectatissimum, cumulatissimum virtutibus reliquis, religione Christiana insignem, amo, reuereor, colo. Londini.

M. Antonius Maioragius, Roncagallo Iurisconsulto. S. P. D.

ET si tuum in legibus intepretandis acumen & ingenium non mediocriter admirari soleo, quod ex eo facile potes intelligere, cum me frequentem tuis interesse lectionibus videas, tamen ita te recentioribus his auctoribus addictum esse nolim, vt quæcunque dixerint, ea tanquam è tripode prolata, verissima esse iudices. Nam, vt reliquos hoc tempore prætermittam, Budæus fuit quidem ille vir præstans & eximius, quis enim hoc negare potest? sed tamen, vt ex eius scriptis

reliquos

facile quiuis intelligere poteſt, homo ſibi nimium tribuens, & pluribus in locis, vt leuiter dicam, parum diligens. ſed in præſenti ſatis eſt illud oſtendere, quam inſcienter Vulpiani locum eum attigerit, quem heri tu nobis interpretatus es, quo diuinus ille Iuriſconſultus titulo de Iuſticia & iure, feras quoque beſtias naturalis iuris peritia cenſeri dixit. Primo enim ſe neſcire fatetur, qua ratione verbum illud cenſeri ſit accipiendum, tamen audet interpretari quod ſe nõ intelligere ſentit. citat locum ex Cicerone pro Archia poeta, qui nihil penitus ad rem propoſitam facit. nam in emẽdatis codicibus is locus ita legitur. quod ex his ſtudijs hæc quoque creſcit oratio & facultas. qui ſenſus, meo quidẽ iudicio, longe melior eſt, & ad id quod agit Cicero multo accommodatior. ſatis enim erat Ciceroni dicere, poetarum quoque diſciplina, dicendi facultatem adiuuari & creſcere. Quod ſi potius ita legendum ſit, vt Budæus voluit, Quod ex his ſtudijs hæc quoque cenſetur oratio, non tamen id ſignificabit, quod ipſe opinatur, hoc eſt precium & æſtimationem meretur. quod enim precium aut quam æſtimationem ex hoc meretur eloquentia, quòd orator artem poeticã amplectatur. ſed certè ſi ſcripſit ita Cicero, quãdam potius cognationẽ, ac (vt dicam) vicinitatẽ habere cum poetica eloquẽtiam declarare voluit. propterea quòd iam ſuperius dixerat artes omnes, quæ ad humanitatem pertinent, habere quoddam commune vinculum, & inter ſe cognatione

tione quadam contineri. ſcimus autem hoc verbum, cenſeri, ſignificationem eam elegantem habere, vt de ijs, quæ ſimilitudinem inter ſe aliquam habeant, pronuncietur. ita dicimus, Lucanum & ex oratorum numero cenſeri, quamuis carmina ſcripſerit. quòd eius dictio magis oratorem quàm poëtam referat. eadem ratione ſpongias animalium numero cenſeri dicimus, q̃ ſenſum habere videantur. ſtaque Ciceronis locus erit hoc modo intelligendus, vt eloquentiam dicat habere cum poetarum ſtudijs ſimilitudinem aliquam, atque ita ex illis ſtudijs cenſeri. Quod verò putat Budæus à Vulpiano, cenſeri, poſitum pro admirationi eſſe, id omnino ridiculum eſt & abſurdum. quid enim eſt, quòd nobis expertia rationis animantia ſint admirationi, propterea quòd iure naturali coniunctionis appetitu trahantur? filios procreent, atque illos educent? certè non eſt quod hæc admiremur, quæ natura pariter omnibus indulſit animantibus. nam quod Elephantis exemplum & Ciconiæ commemorat (quæ quidem animantes videntur aliqua facere, quæ ſint humanis ſenſibus proxima) quis non intelligit hæc à Vulpiani ſententia, tota (quod aiunt) diametro diſcrepare? neque enim hoc agit Vulpianus, vt oſtendat aliquas eſſe beſtias, quæ nobis ſint admirationi, ſed vt declaret naturale ius vniuerſis animantibus eſſe commune. atque ideo nequis tantùm homines crederet vti iure naturali, ſubiungit; feras quoque beſtias iuris iſtius peritia

ritia censeri. nam quid ineptius esset hac inductione, qua Budæus vtitur ad id probandum, quod intendit Vulpianus? Elephas & Ciconia non nulleq; aliæ bellua propter quædam opera nobis admirationi sunt, ergo ius naturale cõmune est omnibus animantibus? Quis enim tam imperitus est, vt hanc argumentationem non ineptam ac puerilem esse videat? hoc igitur, sublato fundamento, quæcunque Budæus hac in parte commentatus est, sine controuersia corruunt. Quid ergo? longè melius hunc locum nos enodare poterimus, si ex multis huius verbi significationibus eam inuestigemus, quæ ad Vulpiani sententiam magis quadrare videatur. nemini enim dubium est, quin apud Latinos hoc verbum censere multa significet, quæ nihil attinet hoc loco recitare. satis enim nobis esse debet intelligere qua in significatione Vulpianus hic acceperit. nam regula communis est in iure ciuili, vt quoties verbum diuersa significat, vel ad multa trahi potest, ea potius accipiatur significatio, quæ subiectæ materiæ conueniat. Quare verbum hoc, censeri, dico positum a Vulpiano nostro sanè quam eleganter hoc loco per metaphoram pro eo, quod est, numerari & adscribi. vt intelligamus belluas quoq; quantùm ad ius naturale cum humano genere numerari & quasi sociari. qua in significatione illud etiam Iuuenalis accipiendum est;

Stemmata quid faciunt, quid prodest Pontice longo,

Ordine censeri? ¶ Hoc est inter claros numerari & adscribi, cum enim homines multis in rebus à belluis differant tamen in hac parte, quæ ad ius naturale spectat, non multum bestijs dissimiles sũt nam (vt præclarè scriptum est à Cicerone) generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitam corpusque tueatur, declinetque ea quæ nocitura videantur, vt paret ea quæ sunt ad viuendum necessaria, vt coniunctionis appetitu procreandi causa ducatur, & curam habeat eorum quæ procreata sunt. atque hæc quidem omnia sunt belluis cum homine communia. ergo hac in re bestiæ cum hominibus cẽsentur. quia peritiam earum rerum habent, quæ sibi sunt vtiles ac necessariæ. quam significationem non vidit Budæus, cum tamen sit pulcherrima, & trita ac peruulgata. duxit autem metaphoram Vlpianus à Romanorum consuetudine. apud quos quinto quoque anno ciues censebantur, hoc est numerabantur. vt apud Liuium multis in locis annotari facile potest. sed neque serui, neque peregrini censeri solebant, quoniam de iure ciuili serui nihil sunt. licet aliter sit de iure gentium. peregrini vero ciuium numero non habentur. quod si voluntate domini cum lustrum conderetur seruus census fuisset, libertatem cõsequebatur, & ciuis Romanus fiebat. Cicero querit, is qui domini voluntate census sit si non sit conditum lustrum sit ne liber. & deniq; quicunque sine fraude censebatur, ciuis erat Romanus, vt pro Archia Cicero; eum qui sit census

ita

ita se iam tum gessisse pro ciue. & hoc quantum ad ius ciuile Romanorum pertinet, quo (vt dixi) & serui & perigrini excludũtur. quod si ius gentium consideremus non erit dubium quin & serui & peregrini iuris gentium peritia censeãtur: quoniam hoc iure quatenus à natura humana procedit, nascuntur omnes liberi. quamobrem à iure gentium bestiæ tantum excluduntur. progrediamur ergo etiam ad ius naturale, sine dubitatione feræ quoque bestiæ censebuntur. quoniam non homines tantum, sed omnia ferè animalia ius naturale persequuntur. vides (vt opinor) luce clarius quam appositè locutus sit Vlpianus, vt ostenderet quantum ad ius naturale pertinet, belluas cum hominibus annumerari, & quodammodo similes esse. quam rem à doctissimo viro Budæo non animaduersam fuisse mirari satis nequeo. neque tamen inficias iuerim, verbum censeri non nunquam idem significare quod in precio esse & æstimari, sed tunc alia quadam notione & ratione verbi, quæ non satis huic loco congruit. Solebãt enim Romani Censores singulorum ciuium facultates & copias æstimare, vt scirent quãtum quisque reditum ex suis possessionibus haberet. atque ita fiebat, vt qui fructus ampliores & maiora ex agris suis vectigalia caperet, is maiori etiam esset in percio atque æstimatione. solent enim ditiores magis honorari. vnde illa Matthæi Scytharum regis pulcherrima responsio ad Philippum Macedonum regem;

Scythas virtute animi & duritia corporis nõ opibus censeri. Sed hæc (vt dixi) notio verbi, nihil ad hunc Vulpiani locum. quare superior est amplectenda. quæ planè iurisconsulti sententiam declarat. Hæc sunt quæ mihi venerunt in mentem ex tempore super hoc verbo dicenda. quæ tibi probata iri confido. tanta enim est eruditioni tuæ cõiuncta humanitas, vt non verear, quin hanc disceptatiunculam meam æquo animo sis accepturus. Vale.

Scribimus sectatoribus nouitiorum quædam in §. constat. Inst. de iu. na.

Cap. II.

Legis definitio a Iustiniano posita apertè melior est ea, quam ex Capitone recenset Gell. lib. x. c. 20. quia scilicet et priuilegia continet, quæ Capito non includebat. Nam quod Capito nec plebiscitum excluserit, id satis benè declarat Manutius ostendens nomine legis olim & plebiscita solita contineri. Legem facit Iustinianus iuris scripti partem, tamen sine scripto legem constare cum Lycurgi leges, tum Romuli pleraq; docent: nam ex Dionis. 2. certum est, pleraque & Romulum sine scripto tulisse. itaque rectè decideret Rota Romana, absque criptura legem constare

re decis. 1. de const. in nou. Sed his omnibus occurrunt contrariæ rationes, quæ etiã satisfaciant, ipsum legis nomen, quod a legendo ductum volunt grammatici: ipsa in trinundinum promulgandi solemnitas multis legibus sancita: institutum ipsum in æs incidendi omnes, aut etiam in tabulas quernas more vetustiori, quem noster Dionysius lib. 3. narrat. quare (id obiter) rectiùs fortasse Pomponio scripsit in eboreis tabulis decẽuirales sculptas fuisse: nam ab Anci temporibus, quando illum morem viguisse refert historicus, ad decemuirorum ætatem centum non multo plures anni interceſſerunt. Scio lib. x. ipsum Dyonisium de æreis columnis, et his legibus dicere: & laudationem matronis decretam, quæ pacem a Martio impetrarunt, in æs inciſam lib. 8. at ego hîc aliquid mouere pro I. C. volui. Addoque de eborea bibliotheca, et eboreis codicibus in l. librorum 52. de leg. 3. ac de libris elephantinis a Vopisco in Tacito. Sed ad rem. iuri scripto non deputatur lex tantum a Iustiniano, sed & a Iuliano, Paulo q3 in l. 32. & 36. D. de legi. non tamẽ quia legis essentia sine literis non consistat; at quòd scriptura adhiberi solita sit, neque id vno modo. deinde etiam, quoniam in iure Iustinianeo lex nulla est non scripta, & totum, quod scriptum est legum Iustiniani appellatione venit, vel si quid aliàs consuetudinis fuerit: vt est explcratum. quam ad sententiam confert Leonis constitutio 1. 22. 71. & proẽmium. Et quisnam obsecro hoc tempore

adſerat, ius ſine ſcripto eſſe conſultorũ ſententias? ea olim tales erant. l. 2. §. 2. & 6. de orig. iu. *Verbum* interrogante *apud Iuſtinianum ibidẽ diſplicuit non Hottomano primùm, ſed Vaconio lib. 6. declar. 91. Non eſt tamen facinus, quod exemplis ſimilibus careat.* reſcripſit, approbãt *pro* ſcripſit *et* probant, *alibi.* appenderit, *pro* pependerit, deierare *pro* iurare. obtinere *pro* tenere. *cũ ſimilibus, et cõtra,* tenuit *pro* obtinuit. liberante *pro* deliberante. flatis *pro* conflatis. *cum id genus reliquis. Placet mihi Triboniani conſilium, dum hîc, quia rudioribus ſcribit, non verbum rei proprium, ſed verbi interpretationem poſuit, verbi enim* rogare *interpretatio in propoſito eſt* interrogare. *l. 2. d. de adopt. et ipſa ſatis oſtendit formula rogationis. verbi quoque interpretationem adſumi ſolere pro ipſo legis verbo, locus non vnus oſtendit; ſed ad rem pulcrè l. 27. §. 10. et l. 42. D. ad leg. Aquil. Hîc contra Duarenum. hîc contra Contiũ multa habeo: qui inter ſuas illas ſtellulas inſeruit notas non abſimiles in libris iuris ab ſe emẽdatis. at non id inſtitui. Neque fert particulam* veluti *ſecundam illo ipſo inſtitutionum loco Hottomanus, quia non alij preter Tribunos plebiſcitum rogatione præibant. ego verò ſuſpicor (vt vt maneat et in hoc me contra in libro de legibus Manutius) etiã Ædiles plebeios id potuiſſe: nam vocaſſe in concionem plebem liquet ex Dyonis. 7. et ita creatos, vt Tribunorum iuſſu poſſent omnia*

Cic. orat. pro do. ſu.

mia facere, quæ illis fuissent expedienda, ex 6. eiusd. Sed alibi etiam dixi, non esse contra legitimam Latinitatem, si articulus veluti *ibi sit, vbi totum est exhaustum quidquid fuerat. nam quæ inter ipsum differentia & alterum* vt? *at in l. 12. D. de iud.* vt sunt legati proconsulum. *ille articulus vsurpatur, quando nemini præterea delegatorum datum hoc est, vt iudicem dare valeat. Quid tamen similia conquiro, si adsunt eadem? in l. 2. in fi. D. de rc. cred.* veluti stipulatione *dixit Paulus: & nõ est alia verborum obligatio. in l. 80. prout. de solut.* veluti cum acceptum promissioni fit *inquit Pomponius: & tamen præter acceptilationem non est alia verbis cõstans solutio. Nescio an præter illum vnum casum, quẽ Iulianus notat in l. reperitur. 84. ad leg. Falc. alius sit, nec enim sunt doctores ad manus, quos cõsulerem. Nescio an nostro sint iuri subiecti alij, quàm serui, filiique: & tamen Vlpianus in l. 4. §. 16. de do. ma. & me. exc. ita loquitur.* de dolo serui, vel alterius personæ iuri nostro subiectæ. *Hoc mihi exemplum fortius. Sequitur in eodem §. nominis* Populi *definitio. cui ista adiungimus. Populum aliquando plebem tantùm significare, vt in ea nuncupatione S. P. Q. R. aliquando plebe excepta reliquos, vt in Mureniana statim,* Populo, plebique Ro. *aliquando etiam aliter, vt in epistola Lepidi, opinor, lib. x. fam. S. P. PL. Q. Ro.* Scal. lib. 3. Poet. c. 1.

fortè pro patritijs, qui ſenatores non eſſent, pro ordine equeſtri, pro omnibus, qui ciuitatis Romanæ priuilegio fruebantur. Vltimò ad illum §. dicendum eſſet de plebiſcitorum et ſenatuſconſultorum autoritate: nam vtramq; variatam cognoſcimus ex 2. et 7. Diony. Sed vereor, ne operam inanẽ dem, quando liber Manutij prodijt de Senatu Ro. Plebiſciti exemplum in libris noſtris lex Aquilia; aliudq; in l. 18. de off. præs.

De auctoritate prudentum.

CAP. III.

Vide in Trebat.

QVod olim defunctorum prudentum reſponſis ea fuerit a Theodoſio auctoritas delata, vt ipſa vim legis haberent, nemini dubiũ eſt. Sed & viuentibus illis viris habitum iſtum honorem ego adhuc credo ex ſequentibus. Auguſtus (*inquit Pomponius*) vt maior *his reſponſis* auctoritas haberetur conſtituit, vt ex auctoritate eius reſponderent. *Si igitur ab Auguſto factum lex eſſet; certè & quod factum eſt auctoritate Auguſti. igitur reſponſa habent iuris auctoritatem, a qua recedere non liceret. Nec habuit ea res aliquid incongrui; ſi iudicum omnium rebus iudicatis maior adhuc vigor manet: & ſtultiſsimas tamen ab his ſententias quandoque dici non neſcimus: quod viris illis conſultiſsimis, delec-*

l. 2. de orig. iur.

l. fi. C. delegi.
l. 6. C. de pæ.
l. 2, C. qua. pro. non eſt. nec.

delectisque obtingere omnino non poterat. Antiquis Prudentibus *(ait Iustinianus in const. Deo auctore)* auctoritatem conscribendarum legum sacratissimi Principes præbuerunt. *Quid apertius dici potuit pro ea responsorum auctoritate! Nec enim dubito de responsis hîc dici, quæ etiam signata dari solita post illud Augusti beneficium ibidem Pomponius docet: Iustinianus etiam satis significat ex Ioannis facto, quod recensetur in Nou. vt de lib. ius etiam ad impub. transf. Significat & Paulus in l. idque D. de act. emp. atque satis apertum est. Absurdissimum enim esset, illud opinari de omnibus iurisconsultorum scriptis: & de nullis potest, si de istis responsis non potest. Sed possint aliò referri appellationes reliquæ (nam iuris auctores, legum prudentes, sacerdotes, commentatores, iuris conditores, interpretatores, prudentiæ cultores dicti sunt) eorũ iurisconsultorũ, legislatorum profectò nomẽ, quod eisdem tribuitur, nisi secundum hanc ipsam responsorum auctoritatem accipi non valet. Sic itaque iuris auctoritatem & viuentium consultorum quorundam responsis tributam, non tantũ mortuorum, ipse credo. Quod enim non omnibus data fuerit, ex eo loco Pomponij, & altero Iustiniani liquet.* & ex illo tempore petì hoc pro beneficio, &c. *dicit I.C.* & quos anteriores principes admittere. &c. *ait Imp.* quibus permissum erat, &c. *idem in Inst. Hæc mihi veritas videtur ipsa. atque (vt dixi) nihil in ea incon-*

In const. Tanta.

imperitorum ſententijs non minor defertur honos. Non illa erat ipſorum auctoritas, vt contra iura poſſent reſpondere, ſed ex iure debebant ſiue certo, ſiue controuerſo, ſiue etiam nullo. et quid hîc mali? vbi quid non reperitur determinatum a iure, in eo etiam num ſtatur arbitrio et declaratione iudicis. An et Accurſij opinio pro textu legis non eſt doctis viris hoc ipſo poſtremo in caſu? cõſulatur Imo. in l. 1. D. de vulg. Fulg. in l. ex omnibus. D de off. præſ. Ias. in l. centurio. num. 45. D. de vulg. Quid de Bartolo ſcribam? tantundem ſuis datũ opinionibus in aliquo regno Hiſpaniæ, principali decreto, quantum reſponſis adſero Iuriſconſultorum veterum. narrat Iaſon in l. quidam cum filium. de ver. oblig. Quid de communibus opinionibus dixerim? litem ſuam facere iudicem, qui contra eam iudicet, certum eſt. Mortuorum auctorum exploratis ſententijs hæc? At ſummorum doctiſsimorum, ſanctiſsimorumque exploratiſsimis iudicijs etiam illud datum ſcimus, vt de iure reſponderee poſſent, & legem facerent. Verũ quid veni in iſtud argumentum? tractatus peculiares ſcripſerunt de ipſo alij. Tempero mihi a pluribus. hac omittere nolui, quòd illorum libros nõ viderim: fortè autẽ nec erunt inutilia: & ſi ſunt; in breui capite iactura modica aut mihi, aut lectoribus eſto.

Nomina

Nomina quorundam iuris auctorum, qui nec in l. 2. de orig. iu. nec in eorum catologo nominantur, ex quibus Pandectæ cõpositæ dicuntur.

CAP. IIII.

DAbimus & caput istud, quo vel nouitiorũ sectatores recreentur a primi sequentiũq; siue difficultate, siue subtilitate: eo tamen pacto, ne nostro instituto fraudi sit hoc, aut officiat existimationi, si quid quoquo modo in ipso peccauerim. nam si vllibi, hîc volo illam mihi valere sententiã. difficile esse, vt, qui homo sit, non in multis peccet, quædam videlicet penitus ignorando, quædem verò malè iudicando, & quædam tandem negligentiùs scriptis tradendo. *Hæc si quidem in Pandectarum lectione obseruabam, vt id generis alia, nõ obiter solùm, sed parum abest quin etiam oscitãter. Nobiles Iurisconsulti, nec tamen illis locis nominati, Aristo, Atilicinius, Fauius, Fulcinius, Octauenus, Pedius, & Viuianus sunt. Aristoni fuisse cognomen Saluij ex l. 6. de leg. prest. liquet, vbi hæc,* Saluius Aristo Iuliano salutẽ. *Fuit igitur Iuliano coëtaneus: a quo & probatur in l. 9. §. & c. de re, cred. Sed & Neratio familiaris fuisse apparet ex l. 3. quæres pi. oblig. poss. nam ibi Paulus ait, Aristonem Neratio Priſco scripsisse*

Gal. 2. de med. local.

&

et ex l. 19. §. 2 loca. vbi epistolam Neratij ad Aristonem nominat Vlpianus. At à Neratio quoq; relatus Aristo est. l. 12. De Cond. Furt. l. 5. de leg. Cõ. Et sanè credo ætate Iuliano & Neratio Aristonẽ proiectiorẽ, qui Cassiũ audiuit: et hic consul quoq; fuit non aginta ãnos ante quàm Adrianus foret imperator, sub quo floruit Iulian⁹, ãnos septuaginta ante Traianum, a quo dilectus maximè Neratius dicitur. Videtur antẽ haud confidentis fuisse Aristo ingenij, qui iuniores cõsulere, qui cũtãter ius solet tractare, notas tamen ad Sabinum eonfeciſſe credi potest ex l. 6. de vs. et hab. et ad Labeonem ex l. 17. de her. inst. et a veterum quoque opinione recessisse in casu traditur l. 1. ad leg. Fals. Ac ista possunt citra confidentiæ nomen fieri, si facilius dignoscimus atque conuincimus falsa, quàm inuenire vera valeamus, vt Cotta dicere solitus apud Ciceronem est. Verùm istis tractationibus animum non applico, qui iurisconsultos amplius quadraginta vno hoc capite complecti volo. Fuit igitur Aristo præter ea, quæ in Digestis leguntur, testimonia, encomio etiam Plinij, priuati et publici iuris peritissimus. Atilicinius sequitur, quem vixisse cum Proculo statuo ex l. 17. de pact. dotal. vbi epistola eius ad Proculum (quem suum appellat) legitur, et Proculi ad ipsum responsio. Statuo iurisconsultum celebris nominis, vt qui nominetur non infrequenter Paulo, Vlpiano, Pomponio, Iuliano, a Neratio etiã relatus fuerit, quod notatur in l. 5 de ser. rus. præd. &c. Tertius fuit Fanius, quem Fanium

l. 40. de rec. arb.
l. 29. pro soc.
l. 14. & 16. de præs. ver. l. 6. de leg. præs.
l. vlt. de adm. tut.
lib. 1. & 2. de na Deo.
l. 20. de fid. lib. & l. 1. de resc. veud. lib 8. ep.

Melam appellant, quacunque retulit Vlpianus, Paulus, Veunleius, Africanus. de quo quid statuam certi, quantum ad ætatem, qua vixerit, ex Pandectarum libris non habeo. suspicor tamen nõ solum vixisse ante Proculum propter l. xj. ad leg. Aquil. sed et tempopibus Galli Aquilij propter l. 17. de act. emp. nam scripta illius omnino nõ versata inter hominum manus, ait Pomponius in l. 2. §. 21, de orig. iur. vt coniectare liceat, Fauium retulisse ex ore auditam ipsius opinionẽ. quartus procedit Fulcinius, qui Priscus Fulcinius dictus est. l. 49. de leg. 2. et cuius meminerunt Vlpianus, Paulus, Pomponius, Caius, fortè etiã Iulianus in l. 21. de mo. ca. do. nam etsi Priscus Neratius verisimiliùs a Iuliano intelligi videtur, tamen quod Prisci nomine Fulcinius significetur non Neratius in l. x. de vs. et hab. res potest controuersa fieri de quo ibi intelligatur: maximèq; si etiam Flauium adsciscamus. Ac nihil refert ad tempora Fulcinij, quæ quærimus, hoc: nam idem habemus ex eo, quod Iuliani cõtemporaneus Caius eiusdem meminit. Atque id tantum habeo ad Fulcinium. Sed nec plura ad Octauenum. citatus a Paulo, Vlpiano, Pomponio non semel, a Mariano, et Clemente. itaque ante Marcum fuit imperatorem, sub quo Clemens viuebat. forte etiam Aristonis erat coëtaneus: si quid licet suspicari tale ex l. 20. De fid. lib. Tamẽ leuibus hisce coniecturis reponeret Octauenum aliquis et ante Scaeuolam per l. i. qua res pi. &c. ab eis igitur abstineo.

Pon. l. 29. de int. vi. & vx. C. L. 29. de relig.

l. vlt. qui & a qui. ma. li. non fi.

abſtineo, illud opinor in libris Plautij mentionem factam Octaueni; & opinor per l. 66. de fur. & l. 13. de manu. quæ ſunt ex libris Pauli ad Plautium, Pomponiique ex Plautio. Sextus Pedius adeſt, frequentiſsimè eum nominatum inueniet, laudatum Vlpiano non ſemel, acriter notatum a Paulo ſemel in l. 32. §. 17. de rec. arb. An verò ante Iulianum vixerit, vix audeo: per l. 6. §. 8. de neg. geſt. adfirmare: etſi enim ea ſit Iuliano inſcripta, tamen cum habeat nomen Pomponij, qui poſt Iulianum vixit, & compilatores non vno loco hoc fecerint, vt inuerterint pro arbitrio omnia, & hæc quoque tempora immutarint, ſequitur nullam probabilem ſatis coniecturam ex huiuſmodi locis colligi poſſe. Poſt Ofilium, Labeonẽq; immo & poſt Sabinum vixiſſe non dubito. nam Ofilij diſtinctionem probat l. 1. de ex. act. Labeonis ſententiam l. 3. de pec. conſt. quod Sabinus ait l. 13. de ver ſig. Libros autem ſcripſit, quorum ſeptimum, octauum, nonum, decimum quintum, ſed ſine alio nomine, reperio; vno excepto libro primo de ſtipulationibus, qui nominatus a Paulo eſt in l. 6. de re. cred. Vltimus celebriorum reſtat Viuianus, magnus proculdubio ℣. C. quem Scæuola, Paulus, & Vlpianus, tres (vt Modeſtinus in l. 6. de exc. tut. dixit) vertices legis prudentũ, nominarint; ſæpe tamen tamquam ij qui aliarum ſententias retulerit. Credo eum ex auditoribus Proculi fuiſſe, coniectura ſcilicet ducta ex l. 39. ex qui. ca. ma. & quòd ante Scæuolam fuiſſe oſtendit

l. 32. §. 17. de rec. arb. l. 33. ad leg. Aq.

stendit l. 14. de iud. cod. Sed vide hominum fata. Horum, qui frequenter nominati sunt iurisconsulti, non omnium certa constitit ætas. contra de Blæso, Diophanto, Domitio, Gauro, Latino, Messio euenit, quorum semel vnusquisque nominatus facit, vt de ipsis istud probè sciamus. Blæsi semel mentio est in l. 31. de vs. & vsufr. leg. vnde & colligo, media eum fuisse ætatis Trebatium inter, quem refert, & a quo refertur, Labeonem: id quod est tamen, ac si coætaneum vtriq; fecissem, qui eodem vixerunt tempore. Inius Diophantus mihi I.C. fuisse videtur, ac eius est in Pandectis l. vlt. de min. ad Pomponium epistola, huiusque ad Diophantũ responsio. Similis est Domitij Labeonis memoria in l. Domitius, qui test. fa. poss. non tamen honesta, ni cum Bartolo Celsum potius accusamus, quòd alterum verè non intellexerit ipse. Gaurus quo vixerit tempore rectè docet l. x. de seru. vrb. præd. Fit tamen huius nomen ambiguum, quia Caius in vulgatis est, qui in Florẽtinis, Gaurus. At Florentina probabilior ex eo, quòd Marcello, quẽ hic consulit, senior Caius videtur. Latinus Largus I. C. apparere potest, & quod Pauli vixit tempore per l. 30. de exc. rei. iud. Messij semel est mentio in l. vlt. de in. fis. & ibi manifestò liquet vnà eum cum Papiniano vixisse Iam alios exquiramus. Varius quidam Lucullus nominatur tanquam ex Aristone, qui scit, an hic noster L. ille Lucullus sit, quem in Bruto & in Quinctiana nominat Cicero? at Manutius

nutius in ea oratione Lucilium reponit, Pectumei Clementis meminit etiam Pomponius in l. 21. de statul. & significat Antonini Imperatoris ætate illũ vixisse Antonini (vt ego statuo) Caracallæ. Valerium Seuerum nominat Vlpianus non vno loco, & Sauerum Valerium in l. 1. §. 15. de aq. quo. & est. inuersè opinor, vt Nauium Publiũ in l. lecta. De reb. cred. qui ibidẽ rectè P. Mauius est. & res vsitata passim. at nominat etiam Iulianus in l. 30. de neg. ges. Et ego aliud de eo non habeo, quod pronunciem. Campani nomen apud Pomponium legi semel, & apud Valentem. aliquid preterea non noui. Nesennius Apollinaris Paulo familiaris cognoscitur ex l. 34. de neg. ges. l. 41. de re. iud. l. 33. de excus. & l. 22. ad leg. Falc. Arrianum hoc tantùm scio ab Vlpiano et Paulo nominatum. quod verò velint quidam scripsisse eum libros octo Græcè de rebus gestis ab Alexandro, mihi compertum non est. Arriani cuiusdã scriptoris Græcæ historiæ meminit Capitolinus in Gord. Lælij nomen legitur in l. 3. si par. hered. pet. & in l. 43. de her. pet vbi docet Contius fuisse illum Arriani temporibus. Gellius lib. 15. c. 27. libros ad Q. Mutium scripsisse tradit. Vindij mentionem faciunt Paulus, Vlpianus, & in l. 32. ad leg. Falc. Macianus ait, Vindius noster *&c. Vindius scilicet Verus Maciani contemporaneus sub D. Pio. Paconij nomen legitur in l. 3. si quis a pa. su. ma. quæ Pauli est. Antei (in*

l. 34. de fid. lib.

l. 47. de oh. lib.

l. 2. de her. pet. l. 19. de her. inst. l. 5. de gra.

Capitolia.

Vulga

vulgatis Atteius) in l. 14. de aq. plu. etiam Pauli. Granius Flaccus, & ipsius liber de iure Papiniano ab eodem Paulo relatus l. 144. de ver. sig. Gracchanus Iunius ab Vlpiano in tit. de ost. quæst. Tamen ex eo loco non minus iurisconsultum Feneſtellam dicemus. Druſum nominat Celſus in l. 38. de act. emp. an Sexto Ælio coæuus, cui eo loci adiungitur? Puteolanum, & primum adſeſſoriorum eius librum Vlpianus in l. 12. de pact. Papirius Fronto ſuccedit maioris nominis quàm proximi fuerint. nominatur a Calliſtrato, & a Marciano, ſimulque tertius reſponſorum ſuorũ liber. Seruilij nomen legi in l. x. de iu. patr. quæ eſt Clementis, ille igitur intra huius & Proculi tempora: Proculi enim opinionem refert, & ijs ſane verbis, quibus Seruilium Proculi ſuſpicer auditorem. nec dubitem eſſe Scæuolam: qui tamen Seruilius, non Serbidius, dicendus eſt, ſi Alciatus recte docuit lib. 4. Parerg c. 1. & fortè nec Ceruidius, aut Seruidius. Quinctus Saturninus ab Vlpiano eſt relatus l. 13. §. pe. de iureiur. Marcello conſentiens. in l. 2. §. 2. de au. & arg. leg. et decimus ipſius liber ad edictum. Quis iſte? an Venuleius? igitur qui notat ad Scæuolã ſcripſit? diceret Alciatus, qui Saturninum ſcripſiſſe tradit has notas: ſed ego Tryphonino dederim ex l. 58. de adiu. tut. Narrat lib. 4. de ver. ſig. Alciatus et prouerbium quoddam factum a nomine Saturnini: at, opinor, non ex iſto I.C. Qui etiam Claudius Saturninus, cui D. Pium reſcripſiſſe

l. 4 de le. Rho. l. 229. de ve. ſig. & l. 4. de pec.

& l. 1. de adbig.

In l.1.quæ resp.ob.

Marcianus dixit? Non credo Venuleium dubitata temporum ratione. Hæreo cum prioribus: & tandem magis cogito Quinctium a Venuleio diuersum: quare & hîc descripsi. An Q. Titium Saturninus? Quincti Titij scilicet nomen habetur in l. 33. de au. & arg. leg. notat tamen suspectum & incertum locum Taurellus, & in vulgatis est Mutius: sicut & adiectus est in d. l. 13. de iurei. Quinctium & Saturninum verùm ista nos a Florentinis non dimouent. & Quincti est mentio in l. 7. de do. qui Mutius esse nequit, quoniam post omnes Mutios Labeo; apud quem notare Quinctum, ibidem scriptum est. Ego ista potius. alij dijudicent, an Venuleio, an Titio, an neutri adiungamus Saturninum, & hîc notare Q. Titium Saturninum vnum, aut Q. Titium, Saturninum Venuleio relinquentes. C. adscripserimus; an etiam duos, Q. Saturninum, & Q. Titium, Sextus Pomponius salter e celebribus est proculdubio, quem ex Iuliano nominat Vlpianus in l. 63. pro soc. & videtur inde Sabini auditor. Et si rectè (quod dubitat Taurellus) Sextum Pomponium legimus ex Tertulliano apud Vlpianum in l. 30. de adq. hered quis nouus hic hospes? De Cartilio Augustinus, de Fusidio Cuiacius dixere. De Plautio, Vitellio, Vrseio, Municio itidem Augustinus egit. ego (nam hi iuxta titulum capitis ab hoc non excluduntur) quod adjciam non reperio; nisi illud fortè, quod ad Vitellium non tantùm Paulus, de quo in catalogo auctorũ notatur,

sed

sed etiam Sabinus scripsit, vt liquet ex l. 8. & 12. de instr. & instr. l. 19. de au & arg leg. l. 45. de leg 3 Sed qui Sabinus, Massurius an Caelius, id quæri potest. illud certum est, Augustinum, dum scribit Vitellium appellatum Sabinum, de istorũ neutro sentire, quia in vno homine duarum familiarum nomina stare non possunt; quod hîc fieret, si Vitelliũ preterea Cæliũ, aut Massurium nonaremus. Tandem hîc miror, factã a Pomponio nullã vel aliorum, quos celebres diximus, mẽtionẽ vel huius maximè Vitellij, qui magnus verisimiliter fuit, vt ad quem dixerit par istud iurisconsultorum Sabinus & Paulus. Omnibus, qui superet quadringenta istorum numerum, addatur vltimo loco Proculus. vnius enim mentio Proculi; sed ego duos ostendo auum & nepotem. Sempronius Proculus auus nepotis quæstioni respondet in l. 47 de leg. 2. in l. 125. de ver. sign. & in l 67. de iu. dot. nepos hîc numerum augeat. Quid de Sexto Cæcilio Africano credimus? eius mentio fit ab Vlpiano, Paulo, Iauoleno, & Iustiniano in l. 1. ff. de com. scr. ma. si Ælius ibi non legitur rectiùs. An eundem credimus cum Africano, cuius ex quæstionum libris monimenta manent? Africanum sub Alexandro fuisse, credendum Lampridio est: qui ex Æholio vitæ Alexandri scriptore, & quidem iisdem temporibus viuente, ista se desumpsisse dicit. Noster autem Sextus omnino ante vixit; si a Iauoleno nominatur: si Iulianus ab ipso consultus est,

lib. 1. emend. c. 6.

l. 64. de don. in vi. & vx. l. 3. de lib. ag. l. 39. de leg. 1

Et hoc igitur auctus altero meorum Iuriſconſul-torum numerus. Nam pueriliter ille concludit, qui fidem Lampridio non habet, quoniam Adriani tempore hic Sextus vixerit. Quid enim poſtea? Ergo Africanus ſub Alexandro nō fuit? Detur de illo Sexto. Sed qui mendacij coarguere Lampridium, immo Acholium voluerit, is probet priùs non fuiſſe niſi vnum iuriſconſultum Africanum. Quid ni mendax eadem ratione ille hiſtoricus in Alfeno, Proculo, Celſo, Metiano? Hos familiares Alexandro fuiſſe ſcribit, non Africanum ſolum. et tamen ſub Auguſto, Veſpaſiano, Adriano, Diuis fratribus Alfenus, Proculus vterque, vterque Celſus, Metianus. Verū alij atque alij. Plures Claudij, Aufidij, Priſci, Ateij, Labeones, Sabini, Proculi fuerunt. cur non & Africani? Sed in re aperta nimis deſudo contra leuiſſimam opinionem. De alijs, quos ex Lāpridio retuli, nihil hîc ad augendum meum numerum dictum volo, qui ex libris noſtris ſolis conficitur, nam alij præterea multi adferendi ex alijs auctoribus eſſent, maximè ex Cicerone. at ego reliquos auctores non tracto. Hoc tantum dixerim ad Africanum illum Sextum adhuc, Gelliū nō videri rectè ipſum repoſuiſſe anno a duodecim tabulis ſcriptis ſeptingenteſimo, ſi ſub Adriano cum Fauorino hic fuit; ille autem annus in Alexandri incidit, non in tempora Adriani. Ea Gellij ſupputatio faceret probè, vt cum Sexto idem Africanus eſſet, & vt fuerit ſub Alexandro, quē-

admo-

admodum Lampridius scribit. Tamen certiora sunt supradicta, vt duo hi sint Iurisconsulti, quàm vt debeant isto loco Gellij vel in dubiũ reuocari. facilè enim in his numeris mendum obrepere, atque ideo mendosum in supputatione Gellij locum existimo. erratum totidem centum annis est in l. Deo auctore. §. 3. nam trecentesimum pro quadringentesimum reponi debet.

Definitio libertatis posita in tit. Inst, de iu. pers. explicatur.

Cap. V.

Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut iure prohibetur. Vbi vis vocabulum ad seruitutem iuris gentium, vocabulum iuris ad seruitutem iuris ciuilis interpretes deflectunt, faciuntque interpretatione hac sua, quasi ita dixerit Iustinianus, Libertas est naturalis potestas faciendi quod volumus nulla seruitute impedita. Quæ expositio mihi non placet. quid enim vim pro iure exponere? expositionem quærimus, non hanc verborum detortionem. Deinde non excluditur hoc modo interpretando licentia illa effrenis, quam libertatem dicere nequimus sine rerũ, non tantùm vocabulorum, confusione. Atque ideo damno eam Ciceronis, Libertas est potestas viuendi, vt velis; & quam in nothis Pla-

l. 4. de stat. ho.

Iu dial. cui. tit. Definitiones.

tonis vidimus, Libertas est plena in omnibus potestas. est licentia faciendi quod quis per se velit in uita. *Credo autem, si ita accipimus verba vltima nostræ definitionis, vt ex ipsis effusa priorum sententia moderetur, non (quod volunt interpretes) declaretur: ista omnis cessabit obiectio, & consultos nostros mille Ciceronibus, mille Platonibus ostendemus peritiores. Sic itaque.* Naturalis facultas eius, quod cuique facere libet *genus in hac definitione statuatur. est enim & quidem tale, quod contrario libertatis non communicat seruituti, contrario priuatiuo, & ex genere non entium. Seruitus igitur primis ipsis definitionis verbis longè semota est.* Nisi si quid vi, aut iure prohibetur. *In istis duo sunt, priori dicitur, libertatem non*
l.13.de testa. l.24.de capt. *desinere esse, licet vi quid fuerit prohibitum: nam liber manet, qui a latronibus et piratis detinetur, posteriori significatur, libertatem constare, etsi per leges non liceat omnia, quæ vellemus, facere. Ponant hæc verba differentiam libertatis cum facultate & licentia. nec enim facultas hîc, libertásue (vt ita dixerim) facti definitur, quæ vi quoque, & facto illegitimo fracta dicitur. l.2.de ho. exh. ipso namque facto omnino libertatis est expers, qui vi impeditur, at facultas iuris, iuris status definitus est: & is non infringitur nisi tali facto, quod sit iure comprobatum. vt igitur libertati facti, facultatiue rectè conueniat genus in hac definitione positum; ita non conuenit differentia*

rentia eo verbo introducta, nisi si quid vi. *Idem de licentia adscrimus, genere eodem contineri ipsam cum libertate, sed licentiæ non congruere hæc vltima*, aut iure prohibetur. *vtraque verò congruunt libertati. Sic admittit genus, quæ tantùm debet, & ea excludunt differētia. Ergo libertas est facultas faciendi quod velis vi etiam ac iure impedita. Dicet aliquis, neque hîc licentiam, neque seruitutem excludi. nam si etiam impedita illa potestas est libertas, certè est nec impedita. seruitus quoque libertas est, quia seruitus ea est impedita potestas. At facilis solutio. nec enim licentia est, quæ legibus adstringitur, vt libertas. Hæc sæpe adstringitur; numquam licentia, aut desinit esse licentia. igitur nostra enunciatio licentiæ non conuenit. sed nec seruituti, quoniam seruitus facultas ea est semper impedita. Præterea in definitione Iustiniani articulus* quid *omnem istam de seruitute tollit dubitationem. non est in Seruo* quid *prohibitum, sed ipse est prohibitus seruus, & priuatus illa facultate; & est seruitus eius facultatis carentia, quam vnam voculam nec recentiores hi vident, qui ab definitione seruos non satis excludi arbitrantur. Textum definitionis tenemus, rationem verborum habebimus; si illa in hunc modum enuntiamus, Libertas non est, si non potes facere quod velis, nisi tamen quid vi, aut iure nõ potes.*

H.

nec enim dubium est, æquipollere ista enunciata,
l.nepos.D. de ver.sig. *Libertas est, si potes facere, quod velis. igitur stabit in vtroque pariter exceptio sequens, Nisi si quid vi aut iure prohiberis. in neganti antè stat, vt significet libertatem ex eo esse non desinere. igitur & in adfirmanti.*

Consensus nuptias facit.

Cap. VI.

VNum mihi videtur esse, quod nuptias cõstituit, consensus. ætas enim gradus coeũdi potentia, si qua sunt alia, ipsa non tam constituunt, quàm faciunt, vt consensus non impediatur: quare ex accidenti, non propriè, sint caussa nuptiarum. vt partem in ista constitutione faciant longè minus solemnia acceptionis aquæ & igni, de-
l.pe.D.de do. int.vi. & vx. *ductio in viri domum, similia propè innumera,*
lib.3.c.101. *quæ in sua Poetica Scaliger, Brissonius complexus est integro penè libro de ritu nuptiarum. Etenim quod Placentinus deductionem necessariam in matrimonio statuerit, id & satuè collectum, & falsum esse probè ostendit Accursius in l.cum in te.C.de don.ante nup. & in.§. nuptiæ. in Auth.de nupt. Quare mirer Hottomanum*
lib.4.Obs.c. 16. *maximè qui clamitet vitiosè & imperitè Tribonianum proposuisse sub titulo de reg. iur. hanc generaliter & indefinitè sententiam,* Nuptias non

non concubitus, sed cõsensus facit: *quia & ista deductione sit opus. miror maximè, quia argumenta sua argumenta Placentini sunt, quibus responsum est. ipse dum tollere, quæ stat pro Triboniano, conatur l. pe. §. 1. de do. int. vi! & vx. expungit scilicet (quæ est recentiorum eruditio) particulam negatiuam; atque ita tollit verè illam legem. L. 5. D. de ri. nup. opinionem Placentini non probat, quoniam loquitur omnino de nuptiarum sõlemnibus, & eas celebrari posse per alium viro absente posse, muliere absente non posse, dicit Pomponius. quis id duci neget?* eam verò, quæ abest duci a marito non posse. *quis aduersantem particulam non notauerit, vt, sicut hîc tractatur, an duci mulier absens possit, ita & in priori parte de huiusmodi dictum sit solemnibus? Declarat ibi Pomponius qualis esse ea debet deductio; nihil ad constantiam matrimonij loquitur. L. 6. eiusd. tit. quam & pro se nominat Hottomanus, ipsa aperte ostendit sua sententia falsitatem. nã si absens vxor sit, quæ & virũ non lugere debet, & virgo actionem de dote habet, certè deductio in domum non facit ad matrimonij essentiam, quæ tum intercedere nequit. Verùm in hac l. 6.* absens *rectiùs quàm* absentẽ *legi existimabunt. quibus argumentis ampliùs non respondeo. L. 6. C. de don. ante nupt. est ad ambigui explicationem. nam fatetur quisque, nuptiarum nullum extare argumentum maius, quàm deductionem in domum.* vxor fuisti, *inquit Aure-*

Conn. lib. 8. c. 2.

relianus, non facta es vxor ex ista deductione, sed vxor fuisti, vxorem te fuisse ductu ostendit, quod ambigebatur l. 15. D. de cond. & dem. vnde regulam volunt sumptam l. nuptias. & propterea incidisse in sophisma Tribonianum, aduersarij monent. nec ipsa dicit solo consensu nuptias non contrahi. quid enim si conditionis ea determinatio? videtur ex l. sancimus. 24. C. de nupt. non impletur nuptiarum conditio, nisi (ait Iustinianus) nuptiarum accedat festiuitas. non ante quàm vota nuptiarum re ipsa processerint. & notandum. quod non sine antiquo iure illa lex est: ne quis distinctionem latissimã inter Codicem & Digesta caussetur. Nolo in re aperta vel otio meo, vel lectoris patientia longiùs abuti.

DD. in l. nuptias. Ad tit. Inst. de nupt.

Solus consensus facit matrimonium. consensus aliquo facto expressus, vt omnes volunt: & rectè. nam etsi voluntas in tacita, & ficta voluntate aliquando verificetur, consensus tamen numquam potest, nisi in vero, & expresso verificari. quod Iason scribit in l. soluto matrimonio. §. voluntatẽ.

In c. tua nos. de sponsa.

nu. 6. D. sol. matr. & tacitum rectè dici consensũ negat Panormitanus, quia non est simul sensus. argumentum alteri simile, quo Pomponius vtitur in l. 8. de do. præle. Non videtur furiosus consentire, qui sentire non potest. Consensus neutralis (ait Bal. in l. potuit. C. de iu. delib.) neque verbo neque facto demonstratus non accommodatur actibus hominum, nec reddit eos essenti aliter perfectos. sunt id generis multa sententia,

tentiæ, quæ a nostratibus tractantur alibi diffusissimè. Neque verò his repugnant, quæ mox de tacita patris adprobatione scribentur: nam de voluntate ea sunt, nullo modo de consensu: & patet, quia non simul pater sentire debet, sed ante; neque cũ alterius maiorum sensu, quo cum hi inuicem sentiunt: vt consensus non omnino propriè appelletur. Et si documentum istud non placet, dicamus in consensu hæc vera esse, qui actum facit, non alterius, qui firmare existimabitur potiùs, vt existimandus est paternus iste. nec enim deest ratio diuersitatis, aut non apparet de eo minus quari debere, quod minus confert, quàm de eo, quod magis. Confirmans autem præcedere rẽ confirmandam posse liquet ex l. siue initio, & ibi not. per Bal. & Saly. C. de cod. quare & tacitus, & fictus, & præcedens, & confirmans benè est in proposito consensus patris. Iam multa irruunt, quæ de consensu dicantur. Sed nec omnia volo, nec omnia tam sunt propria huius tractationis, quàm omnium communia. itaque nec a me attingantur quidem.

Con-

De patris consensu, qui in nuptijs filiorum requiritur.

Cap. VII.

Alb. Gentilis Richardo Ædes almæ Oxonienſis academiæ Procuratori S. Patris conſenſus in matrimonio filijfamiliæ ita, mi Ædes, requiritur, vt ſolus etiam contrahere illud poſsit, filio vel repugnante. Accipe enim legum verba. Non cogitur filiusfamilias vxorem ducere, ſed ſi patre cogente ducit, quam non duceret, ſi ſui arbitrij eſſet, contraxit tamen matrimonium, quod inter inuitos non contrahitur, & maluiſſe hoc videtur, *id eſt, fingitur voluiſſe, quod nolebat. & rectè quidem; nam voluiſſe debuit: cum ſcilicet potuerit non cogi, hac ratione, quòd debuit, ſi contrahit, non inuitus contraxiſſe cenſebitur. hoc enim de conſenſu ſtatuendum eſt: quoniam eſt non cõmunis tantùm, ſed vera etiam et certa ſententia, matrimonium nulla humana auctoritate poſſe, niſi conſenſu contrahentium conſtitui. atque apud Hiſpanum neſcio quem a Victoria theologum in ſua ſecta magni nominis receptam iſtam opinionem vidimus quandoque adprobatam. Quod verò hinc, quia debuit velle filius, non inuitus cẽſeatur contraxiſſe, patet & ex alio: etenim inuitus facere dicitur aliàs, qui, non vt ſolebat, fecit. ſed & certa eſt determinatio in propoſito, matrimonium*

l. 21. & 22. de ri. nupt.

l. 12. de ſponſa.

In relect.

Gs. Lin §. ſed ſi quis. Inſt. de adopt.

monium contractum non censeri, quod libera non est voluntate contractum, nec si iureiurando sanctum proponatur. Benè verum est, apud quosdã id non de ceteris tantùm, sed & de filijsfamilias adfirmari. at vel ciuile ius isti non sunt intuiti, vel contra certa legis verba loquuntur, quæ tibi recitaui. nec enim Diocletiani & Maximiani rescriptum, quod est in titulo Codicis de nuptiis, ab illis dissentit iurisconsultis, sed ipsum quoque sic est accipiendum, vt ea vbi sunt, Non igitur filiusf. vxorem ducere. *Esto igitur de hac vi paterni consensus in hunc modum transactum. Et cum ita se res habeat, nullus videtur locus dubitandi relictus, si requiritur patris consensus in nuptiis filiorum. & sanè nec dubitatur, quantum quidem attinet ad ius ciuile, quod militem etiam cum voluntate patris vxorem semper ducere iubet: & militem tamen ius meum eximit legibus admodum multis. quid? facilius aliquid renasci, quàm nascatur, in confesso est: nec propterea vel ad dissolutum reuerti matrimonium filiusf. absq; patre potest. quod Gordianus imperator respõdit. Tantam videlicet Romanæ leges patriam potestatem esse voluerunt, vt nec par dominica ipsi haberetur. atque tractatum ab Dionysio ea de re est, ac simul laudatur maximè optimum hoc Romanorum institutum. quod tu procul dubio legisti eius libro secundo antiquitatum. Nam a patria potestate, quam ius solum Romanum habet, sic esse filiifamiliæ voluntatem in obsequium patris*

Aret in l. 1. D. de testa.

Ias. in l. Titia. de ver. oblig.

l. 12.

l. 35. de ri. nup.

Gl. alij in l. 1. de leg. 3. & in l. 23. de testa.

l. 7. C. de nupt.

l. 18. D. de ri. nupt.

coactum

coactam & ex ipsis legum Romanarum sanctionibus notum est; quæ dum emancipatos filios permittunt sine patris consensu nuptias celebrare; & matris consensum numquam isto modo requirunt: numquam adoptiuorum, nisi hi sint, quibus potestas illa patria per adoptionem adquiritur: ostendunt penitus non naturale vinculum, non ciuile nomen patri ius tantum aeferre: si quidem illud vinculum solutum emancipatione non est, par cum matre est; nomine illo nemo destituitur adoptiuorum. At non patria tantùm potestas, verùm etiam alius respectus fuit, ne filius sine assensu patris iungere se matrimonio quiret: & est ille, ne vnquam patri inuito suus adgnascatur heres. O factum benè, quod tria hæc vltima verba tenes: nam alias digredi a presenti tractatione importunè oportuisset. hic igitur respectus efficit, ne possit filios, qui alioqui vnà cum patre est in potestate aui, vxorem sine patris etiã consensu ducere: cum tamen si nubat filia, voluntas & autoritas aui sufficiat: quoniam scilicet qui ex filia ista nascetur, patri suo heres adgnascitur suus, non patri matris: ille autem, qui ex illo filio fuerit, patri eius talis efficitur. Atque ex his sunt illa Iustiniani declaranda, hoc fieri debere, vt scilicet patris consensus requiratur, & ciuilis & naturalis ratio suadet. ciuilis suadet ratio, id est, ratio adgnationis sui heredis, qua ciuilis est tota, naturalis suadet ratio, id est, vt qui sub aliena potestate sit, non id faciat citra eius auctorita-

l. 25. D. de ri. nupt.

l. 16. de ri. nupt.

Inst. de nupt.

Etoritatem. naturalis hæc est ratio: nam habet naturalem intellectum. Est quidem ea potestas ciuilis tota, & ea etiam istam necessitatẽ filijs imponit, sed ratione tamen hac naturali, vel altera illa ciuili. Ego verba Iustiniani refero scilicet ad vniuersale enunciatum, si filijfamiliarum sint, consensum habeant parentum, *non cogo prorsus ad id limitatum,* quorum in potestate sunt *vel si sic cogere volumus, prout exigere contextus videtur orationis, certè alterum dicemus, intuitum plura in ratione Iustinianum, quàm posssit ferre enunciatum. nam & antiquiorum & recentiorum commentationes eo loci minimè sunt expeditæ. numquam docebũt vel naturalem, vel ciuilem solam rationem esse satis, vnde necessitas ista paterni consensus comprobetur, si aliter, quàm ego feci, eas rationes interpretabuntur: numquam etiam ostendent, vtramque in id exigi rationem, quia, vt vt rationem interpretentur, ego alteram sufficere ostendebam ciuilem (sic ciuilem dixerint nostri) ex persona adrogatoris. nec enim dubito, adrogatoris consensum non exigi, si is habet filiũ adrogatum in potestate, aut quam nos ex adgnatione deduximus rectiùs. Habes autem hucusque mi Eedes sententiam iuris ciuilis, quid de parentum, quorumue parentum consensu in proposito statuat. Si etiã quæris quid iure canonico censeatur, dico tibi Papanarũ illa inquisamenta me attigisse nũquã, scire tamẽ, hoc quoq; in cõsultationẽ vocato, quæstionẽ perarduã, et perdifficilẽ. nã sunt*

l. 15 & 42. D. de adopt. l. x. in fi. C. eo.

qui

qui examinant ſcriptione propemodum immenſa, & remotis quibuſque obicibus concludunt, nec de iure canonico firmum haberi ſine conſenſu patris celebratum matrimonium; atque etiam deſcendunt in huiuſmodi voces, Mundus, & Cœlum, & tota mundi machina litteratorum contra nuptias abſque parentum aſſenſu initas clamant. *ſcribunt nec valere ius canonicum, ſi aliter ſtatuiſſe dicatur. Rurſus vociferantur in contrarium alii, qui eam quæſtionem tractarunt, concludendum, et quidem indubitanter, matrimonium iſtud valere, non valere, ſi quæ eſſent leges municipales, quæ diuerſum ſtatuerent. Quare perdifficilis & perardua quæſtio: ſed quæ a me tamen paucis dirimi poſſet, qui adhererem iuri ciuili. Exploratum enim eſt, a lege diſcedi non oportere, quæ diſertè abrogata non fuerit: & ſtandum eſſe iuris ciuilis determinationibus, quæ certæ ſunt nihil demoratis dubiis & incertis canonicis; contraque, ſequenda canonica placita, vbi ambiguum et controuerſum habetur ius Romanorum. vtraque verò in propoſito obtinet traditio, quando de iuris canonici ſententia in infinitum diſceptatur; vt tutò ſequamur Cæſarem, Papa neglecto. Vale.*

Chaſſ. in Cata. conſ. 35. par. vl.

Dec. in l. nuptias. de reg. iu.

In

In eiusdem argumento.

CAP. VIII.

EIdem. *Rectè a me nihil petis, aut dici expectas, nisi si quid est, quod ex ure ciuili habeatur. itaque secundum vnum hoc ius scribam modo, quidquid de parentum consensu in nuptijs filiorum tibi superesse videtur. Eum consensum, Ædes, statuo ego iustum esse, id est, præcedere nuptias debere,* vt iussus parentis præcedere debeat, *inquit Iustinianus. iustus tamen siue expressus, siue ex silentio præsumptus. ita enim disceptationem quandam soleo ipse componere, quæ est, quoniam iussum exigat quandoque Iustinianus, quandoque etiam satis habet, non tantùm si iste consensus accedat, verùm etiam si pater nuptiis cognitis non contradicat. Nam lex, quæ in patre tacente consensum ponit, vtique talẽ ponere credo, qualem lex exigit, quod & naturaliter intelligitur, & Aristotelis audio sententia comprobari, rem dicentis ab aliquo introductam ita excipiendam, vt ille voluerit, qui introduxit. lex autem est, quæ hîc consensum introducit, quẽ ex patris silentio colligit: igitur introducet talem omnino, qualem postulat ipsa: postulat autem in formam iussus: igitur in formam iussus, fingendo scilicet, quia nunc non contradicit pater, quod nec antea contradixisset; vnde etiam iusserit. Simile autem huic est, quod de patris iussu in reli-*

l. 12 & l. 5. C. de nupt. l. 7. D. de sponsa.

quis filiorum contractibus lege ſancitum eſt, tene-
l. 1. quod iuſ. *ri ex facto filij patrem in ſolidum, qui filij chiro-*
grapho ſubſcripſiſſet, & ex ſubſcriptione iuſſiſſe
videri. Non ſequitur, ſed præcedit iuſſus: ex tamẽ
ſequenti facto iuſſum introduci poſſe verum eſt,
& ex ſubſcriptione, quam faceret pater inſtru-
mento ad matrimonium pertinenti, de conſenſu
illius proſpectum rectiùs, quàm alio quouis modo
docet l. 2. C. de nupt. quemadmodũ igitur a ſub-
ſcriptione, ſic in propoſito nuptiarum ab tacita
probatione iuſſum introductum opinari ſimilitu-
do rationis poſtulat, & (vt dixi) magis natura
rei. Atque ſi in conſenſu id ſtatuitur, quod ex ſi-
lentio ſubſequenti notatur; quid habere poteſt dif-
ficultatis, quominus præcedere conſenſum debere
exiſtimemus, quia ſcriptum alibi eſt, contra-
hendis nuptijs patris conſenſus accedat.
Contrahendis, *non* Contractis, *ſcriptum eſt.*
accedat *ſcriptum eſt quidem, nec requiſitũ quã-*
do accedat: ſed quis adeo fuit ingenij hebetis, vt
crediderit, eſſe ſatis quomodocumque acceſſerit,
& non potiùs indicarit accedere legitimè debere?
legitimè autem accedit, ſi vt iuſſus accedit; quod
dixit verbis perſpicuis legiſlator. Præcedere igitur
conſenſus debet paternus. ſed an genera.is, ſufficit?
l. 34. de ri. nupt. *Audi Papinianum.* Generali mãdato quæ-
rendi mariti filiæfamilias, nõ fieri nuptias
rationis eſt. itaque perſonam eius patri
demonſtrari, qui matrimonio conſenſe-
rit, vt nuptiæ contrahantur, neceſſe eſt.

Atque

Atque hæc satis de patris consensu, qui sensum habeat, qui non sit peregrè, quo viuente agatur de nuptijs filiorum. nam ad furiosum, ad absentem, ad testatorem patrem operanda alia sunt. Sed si patris consensus non adfuit matrimonio filij, quid de coniunctione ista censebimus? Nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. & qui ex eo coitu nascũtur in potestate patri, non sunt: sed tales sunt (quantum ad patriam potestatẽ pertinet) quales sunt ij, quos mater vulgò concepit. eum etiam, qui viuente patre & ignorante de coniunctionæ filiæ conceptus est, licet post mortem aui natus sit, iustam filium ei, ex quo conceptus est, esse non videri, *Paulus dixit: ius videlicet, etsi requirat matrimonium impedire, ita vt non sit, id certissimè potest, ne sequantur effecta, quæ ipsum ius curat. vt Angelus Perusinus sensit. Sed & alias patiuntur pœnas, qui prohibitas (has autem sine consensu patris prohibitas iudico) nuptias cõtrahunt. de quibus, vt hîc dicam, modus non patitur epistolæ. & quæstio non est nisi de nuptijs ipsis. de nuptijs autem deliberauimus. quam tamen deliberationem nuptias infirmantem non illuc vsque produxerim, vt id quoque velim obtinere, etsi ducta in cubiculum viri mulier fuisset. etenim nec illi sic sentiunt, qui patris auctoritatẽ tuentur, nec ius pateretur ciuile. nam ita I.C. Eorum, qui in potestate patris sunt, sine*

Inst. de nupti

l. xi. de sta. ho.

In l. 1. de iu. & iu.

voluntate eius matrimonia iure non con-
Paul.lib.2. sent. trahuntur, sed contracta non soluuntur, contemplatio enim publicæ vtilitatis (*ea est repl.re ciuitatem liberis hominibus*) priua-
torum commodis præfertur. & *alter*. si
l.1.de lib. exh. fortè pater concordans matrimonium, & forte liberis subnixum velit dissoluere, & certo iure patriæ potestatis turbare: sic erit res tractanda, vt patri persuadeatur, ne acerbè patriam potestatem exerceat. *Cum quibus habes, mi Ædes, omnia, quæ succurrunt hoc tempore in proposita tractatione, itaque te iubeo valere. Londini.*

Dicitur de quibusdam personis, inter quas matrimonium contrahi non posse videatur.

Cap. IX.

VIdua duæ sunt mulieres, & filius vtriquè est. Vel. Sunt viri duo, quibus sunt ex defunctis vxoribus filiæ. Quæritur an viuæ vnius filius alteram viduam ducere in vxorem, simulque huius filius illam possit. An filia vnius viri nubere alteri, & istius filia viro alteri possit. Dicamus speciem difficiliorem. nam tales, quales vtroque casu proposui, non dubito, quin fuerint quandoque nuptiæ initæ, opinorque improbari eas minimè, quasi fato tales oblatas. Alia igitur

species.

ſpecies. Viduæ Caiæ filia eſt Titia. Lucio viduo Sempronius eſt filius, accidit autem, vt mores, profeſsio, cetera omnia ſuadeant, Sempronium Caiæ, Lucium Titiæ maritum fieri. An probãda nuptiæ? Quæritur ſcilicet hoc caſu & ſuperioribus, vtrum idem ſocer & gener eidem eſſe poſsit: eadem num poſsit eidem eſſe ſocrus & nurus. ecce enim ſi Caia Sempronio nubit ipſa ſit nurus Lucio Sempronij patri; & Caiæ ſocer Lucius: Lucius fit gener eidem Caiæ, ſi Titiã Caiæ filiam ducit; & Caia Lucio filiæ ſuæ marito ſocrus. At non in his ſolùm confuſio, ſed eſt eidem idẽ vitricus & priuignus; eadem eidem nouerca & priuigna. ſi enim vitricus mihi eſt matris meæ maritus, ego illi priuignus ſum; certè Caiæ matris vir factus Sẽpronius ipſe eſt Titiæ vitricus filiæ Caiæ vt Titia contra priuigna Sempronio: & eſt quoq; Sempronius priuignus, quia Titia Lucij patris ſui vxor nouerca ipſius eſt. Sic igitur in iſtis nuptijs idem eidem ſocer, gener, vitricus, priuignus: ſocrus, nurus, nouerca, priuigna. Quid igitur? An contrahi nuptiæ poſſunt, quando ſimilis nominum confuſio ſequeretur, vt ſuperioris & inferioris nomen ad eundem idem teneret. Quæſtio eſt (vt ſcribit Hottomanus) homine ſtudioſo nõ indigna: ac ipſe arbitrari ſe ait, contrariam & confuſam harum inter ſe adfinitatum rationem conſiderãtem, honeſtius fore ab iſtiuſmodi nuptijs abſtinere: ne idem & parentis & filij locum apud eundem & eodem tempore abſurdè obtineret. Sed

Adit. Inſt. de nupt.

nos videamus priùs quid liceat: moxque quid ad alteram hanc honeſtatis partem dicendũ ſit diſpiciemus. Et iure quidem licitũ ſcio hoc matrimonium per l. vlt. §. tertio gradu. D. de gra. Si vir & mulier (*ait Paulus*) ille filiam eius duxerit, illa filio eius nupſerit, &c. *vt diſertè caſum hunc poſteriorem magis difficilem determinatum ibi habeamus, contra quam Hottomanus putat. ſed primum decidit I. C. ac mulieres duas alteram alterius filio nubere poſſe ſignificat. quare ratione pari nos ſecundum determinabimus, duoſque viros poſſe ducere alterum alterius ipſorũ filiam. In l. 2. §. ſi ſit. D. ad Terty. habemus matrem eandem & adoptiuam ſororem. quod nõ eſt omnino abſimile noſtris caſibus. tamen neque id, neque aliud exemplum eſt conquirendum, ſi certum habemus ipſum hoc noſtrum. Probat ius ciuile eas nuptias. nam quid cognationes dat et adgnationes, deſcribitque ex eis? Igitur non tantũ uiderem, vt vel ad regulam honeſtatis examinando, ipſas iudicem minus honeſtas, quas honeſtiſsimum ciuile ius non cenſuit tales. Qua eſt honeſtatis regula, vt fiat ſecundùm illam iudiciũ hîc? Rectè mihi viſus eſt, & quidẽ in propoſito,* Cornelius Nepos, *ſiue Æmilius Probus ſcripſiſſe,* Non eadem omnibus honeſta atque turpia, ſed omnia maiorum inſtitutis iudicari. *& ſi ita eſt, aut alios nos maiores noſtros hîc appellabimus; aut ipſos vnos iuriſconſultos, quod a profeſſoribus iuris fiet rectius. ſi alios appellabi-*

In præfat.

pellabimus, hi proferendi sunt: si iurisconsultos respicimus, vidimus quid ipsi censeant. Nomen verò obtrudere honestatis absque vllo discrimine, aut ratione, quid est aliud quàm re stolidè abuti? Scripsi quædam supra libro primo. c. xj. Regula l. semper in coniunctionibus. ratio est multarum decisionum, puta earum, quæ referuntur in §. si vxor. Inst. de nupt. nec ex ea est inhonestum matrimonium existimandum, nisi determinationū, quorum illa est ratio, similitudo probabilis tantū suadeat. Ego regulam istam proferrem numquā, vt gradus aliquis, in quo nuptiæ contraherentur, diceretur prohibitus: prout de gradu consobrinorum sumi non sum passus: sunt enim gradus determinati, certique; vt ius certum ad ipsos statui commodissimè possit; nec sit opus regulam istam conficere. Sic neque ad personas determinatas, certásque fuerit conficienda: nam vnica appellatione breuiùs, quidquid est, explicatur, et certiùs. Quid ni breuiùs & certiùs ita? Consobrini nuptias ne contrahant. Qui vitricus est, ne sit & priuignus. &c. Ea regula, ratióne accipienda omnino est secundùm causas forinsecus aduenientes, quæ & incertæ sunt, & infinitæ esse possunt; sic vt necessarium quoque fuerit regulam talem ad ipsas explicandas habere. Illa autem confusionis consideratio, vt quæ est valdè perspicua, certè iuris auctoribus obscura esse non potuit. & vt duo status contrarij simul in vno esse non valent. l. 1. in prin. C. de Lat. lib. toll. l. si pariter. in fi. D. de

lib. ca. Fœdáque nominum & rerum confusio vitanda est. l. vlt. C. de leg. tut. ita in nuptijs nescio quomodo considerata hæc non sunt. fortè tamen, quia subtilitates istas non crediderint nostri auctores spectandas in naturali, simplicique matrimoniorum negotio. vel ea enunciatio de confusione nominum & rerum vitanda obtineat in his solùm, quæ impediunt se inuicem, sic vt vno stante, stare alterum impossibile sit. ita seruus et liber nequit quisquam esse; quia seruitus est libertatis priuatio. ita in d. l. vlt. nec tutor est, qui sub tutela est, quia tutela est ad tuendum eum, qui se tueri per ætatem non valet, vt non possit aliquis esse potentis & non potentis ætatis. alias admitti aliqua confusio possit, nec coherens aut occasio, aut natura rerum propter istam enuntiationem fuerit alio, quàm par est, iure excipienda. An non est confusio, si idem prætor est & tutor? pars & adsessor? reus stipulandi & reus promittendi? cum pluribus id generis, quæ recensui 6. 13. lib. 2.

l. 1. & 5. de ma. vind. l. 2. de stip. seru.

(·.·)

Quæsita concordia §. 1. Inst. qui test. tu. cum l. 9. C. de fid. lib.

CAP. IX.

SEruum proprium testamento sine libertate tutorem datum tacitè libertatem directam accepisse videri, scribit Iustinianus Inst. qui test. tu. poss. Cui in eo, quod directam dicit, contradicere adeo creditur l. etsi non. C. de fid. lib. vt qui conciliare velit, is sui potiùs acumen ingenij ostentare, quàm lectorum studijs consulere velle iudicetur. Ego tamen istis iudicijs non terreor, quominus, quod alij omnes faciunt, & ipse tentem, si concordiam aliquam inuenire possum. Expendo igitur in l. etsi non. ea verba, & libertatis, & pupillorum fauore. atque ita dico. Vt liber is seruus existimetur ex domini testamento, illa efficit ratio, quia tutor nequit omnino esse, si non est liber: vt cum tutelam demandarit testator, certè voluerit quoque libertatem dare, per communem omnibus dispositionibus regulam, data omnia censentur, sine quibus id, quod datur, esse non potest. Et si commune, si vulgatum hoc ius est, profectò non est singulare, non est fauor libertatis in ista sanctione l. etsi non. Nec repugnat similis species §. 1. Inst. qui ex ca. ma. non lic. ad quam traditur, noua humanitatis ratione libertatem ei seruo competere, qui tantùm est hæres a domino institutus.

DD. in l. 2. D. de iurisd. & in l. vlt. C. de her. inst.

nam ratio altera illic vere notatur. quæ etiam si produceretur ad casum hunc serui tutoris dati, non tamen efficitur, fauore libertatis istam competere, quæ regulæ illi Comerani mixta est satis. Ex his sequitur, verba illa, & libertatis & pupillorum fauore, *casum significare specialem: nec enim possunt communem, qui stat absque fauore vllo. Addo, quod regula, qua stat ista sanctio, non ex interpretatione est, sed penitus ex sententia disponentis. at in l. etsi non. ex prudentum interpretatione ius illud inducitur. igitur in ea lege aliquid exorbitans consideratur. Item, vt fideicommissaria competat libertas, quando ex communibus documentis directa datur, id omnino fauor libertatis non est, sed contra fauorem, & infauorabile protinus. quid igitur est, quod fauor tamen dicitur libertatis in eo agi? necesse est casum credere singularem. Tandem si pupillarum fauor id semper exigit, vt fideicommissaria debeatur libertas; libertatis fauor est, vt num quam fideicommissaria, at directa semper præstita videatur; quî fauor vtriusque caussæ iungetur sine exorbitantis casus positione? Sic itaque statuo casum specialem designari in lege, designari regulam in paragrapho. & nulla est pugna. Puto regulariter statuendum cum Iustiniano, alijsque, qui idem dicunt, directam competere libertatem. nam vi generalis enunciati videtur & libertatem dedisse ipse testator met. Puto, si libertatis fauor exigat, non directam, sed fideicommissa-*

riam

riam datam cum alijs censendum imperatoribus in l. etsi non. ac Vlpiano in l. x. D. de testa. tut. qui facit etiam proprij & alieni serui comparationem: & ea non potest esse vera nisi ipso illo casu, quo de fauore publicæ vtilitatis. id est, libertatis, & pupilli tractatur. cum pupilli fauore, & publicæ vtilitatis, &c. *Hoc casu nihil interest (quod ibi dicit I. C.) inter seruum suum tutorem datum, & alienum. quoniam scilicet vtroque casu heres rogatus credatur. & si vtiliter rogatus creditur in seruo proprio; quid ni etiam in alieno?* Et libertatis *igitur*, & pupillorum fauore. cum pupilli fauore & publicæ vtilitatis. *id est, accedente fauore libertatis stanti semper pupillorum fauori fideicommissariam illam censebimus. Puto scilicet, stare semper pupillorum fauorem petentem fideicommissariam, sed non obtinentem nisi idem flagitet quoque fauor libertatis. Verùm quando id postet libertas? equidem pluries. Quid enim si Falcidia non sit prohibita, vnde directæ præstandæ fuerint libertates, prohibita sit vnde debent fideicommissariæ dari? ea etiam iure Digestorum interdici propter libertates poterat. l. decem. de fid. lib. Quid si ademptæ fuerint directæ? quid si oneribus grauatæ? Quid si aliàs expeditior ad fideicommissariam via?* Cum sæpius datur seruo libertas, placet eam fauore valere, ex qua peruenit ad libertatem. *l. 1. de ma. test. igitur & sic data, vt possit non tantum directò, sed fauore & per fideicommis-*

ſum data cenſeri, fauore ex fideicommiſſo datam interpretabimur, ſi directò data non valeret. At hæc expedita ſunt. Cum verò fideicommiſſaria non ex communi vllo iure dimanet: ſequitur vt rectè ſit determinatio l. etſi non. fauori adſcripta. non dimanat ex communi iure: nam directa eſt, qua datur vi regulæ, Data omnia cenſentur. &c. *etenim regula ex ſententia diſponentis eſt. flectitur autem ad fideicommiſſum interpretatione prudentum. qua in interpretatione verſatur fauor, ac ita opinor in difficili, deſperatam antinomia.*

L. 5. D. de ex. cog. non pugnare cum prin. tit. de cap. dem.

CAP. X.

VIderi inenodabilis iſte nodus poteſt, qui inter l. 5. D. de extr. cogn. & prin. tit. Inſt. de Cap. dem. notatur, in eo, quod Iuſtinianus expreſsè hîc ſcribat, minorem capitis deminutionem eſſe, cum amittitur ciuitas, & retinetur libertas, idque in inſulam deportato accidere. Callistratus autem ibi ita loquitur. Conſumitur exiſtimatio quotiens magna capitis minutio interuenit, id eſt, cum libertas adimitur: veluti cum aqua & igni interdicitur, quæ in perſona deportatorum venit. *Hæc eſt editio Florentina, & vulgata. ſtat autem contrarietas, quòd libertatem a deportato reti-*

etineri scribit Iustinianus, adimi I.C. quam nemo extricat. non Duarenus lib. 1. disp. ann. c. q. non Hottomanus in eo loco Inst. qui tamen nec potuerunt, si nec extricauit Accursius, cuius isti cantant solutiones; nec quia mutuatus alter est a Manutio reliqua, proficit tamen vel hilum. Ex lib. de legi. *Aio ego, esse etiam facile antinomiam istam dispellere: & nescio quî factum sit, vt nemo id, quod dicam, responderit, quia scripturæ Florentinæ rationem tenuerit. hanc verò cùm Augustinus, tùm ostendit Taurellus inculenter in ea epistola, quæ pandectis ab se editis præfigitur. & vt referam tantum, quod in proposito scire prodest, ita loquitur Taurellus.* Quod ad reliquum libri ordinem attinet singulas in columnas noueritis & absque vlla vel clausularum, vel vocum distinctione, sine aliquo preterquam capitum interuallo, sine punctis, aut quam rarissimis, & his plurimum in capite, seu legũ serie, exscriptum est. quapropter quilibet suo ipsi° arbitrio his aliter atq; in hoc nostro inueniet, vti posit. *Eam qui ita esse scripturam scierit, quomodo non dico iam nõ tollet antimoniam istam, quæ est præmanibus, sed non exclamabit, nullam nec speciem antinomiæ ist hic subesse? Illa verborum distinctio Taurelli est, interpretis est. an igitur & dementiæ summæ non est ex interpretis facto, fortè etiam typographicarum operarum, excitare antimoniam inter leges? Id nunc fit, distinguas e-*

nim aliter verba Calliſtrati; & nihil inuenies, quod aut viaeatur pugnare. diſtinguas verbum veluti, *quod eſt relictum vnum, in duo* vel vti, *& nullus pugnæ aſpectus. ſicut planam dixerat Accurſius aliorum quorundam librorum lectionem*, vel cum. *Ita igitur* Conſumitur exiſtimatio quotiens magna (*hoc eſt, maxima, vel minor. quam interpretationem* Accurſius *comprobat*) capitis deminutio interuenit. id eſt cum libertas adimitur. *quod exemplum eſt maximæ deminutionis.* vel vti cum aqua & igni, &c. *quod eſt exemplum minoris. Hinc diſcant ſtudioſi nullas ita excipere editiones noſtrorum librorum, quin licere ſibi non credant ab eis quamcunque diſcedere: nam ſcient, quid legiſlationis, quidnè interpretationis eſt in iſtis Potuerunt, ſi alia cauſſa non obſtitiſſet*, in debitum, Leſc. in Afri. Corſ. lib. 1. Indag c. 4. *non* indebitum, *legere in l. ſi noxali. D. de pecul. quibus ea viſa eſt lectio rectior: nec fuiſſent inſolentum nomine nuncupandi. Ili etiam pulchrè notant accentu vocem* quod *in l. in quartam.* D. *ad leg. Falc.* pro ea verò parte, quam accepit a coherede extra quartam, id eſt, quòd a coherede accipitur, &c. *quàm enim* Faurell. *aliter hic ſudant interpretes, ne I. C. ineptiſſimus tautologus fuerit? Accentus nullus vſus in Florentino Pandectarū volumine. Poſſumus igitur & ponere vbi docet ratio, & poſitum vndecumque expungere, ſi & hoc rationem habere videbitur magis. Ioannes quoque gloſſarius in l. 4. in*

§. *Sti-*

§. Stichus Titio. D. de statul. potuit monere interrogatiuè, quod ibi vltimò dicitur, legendum, si aut forma orationis pateretur, aut opus esset interrogandi notam adscisere; quod non est. Sed quid singula prosequerer, quæ huius animaduersionis sunt? Possumus de libris nostris quantum ad scripturam attinet, ita censere, vt de cuiusuis doctoris interpretatione. ac dicerem antiquiores ineptè propterea quandoque facere, qui ab interpunctione tamquam a facto legislatoris rationes mouent & argumenta: sed illi, quòd Florentinos libros non nouerint, omni penitus culpa vacant. exemplum autem disceptationis ex isto loco succurrit vnum apud Iasonem esse in l. domos. §. sumptus. no. 4. de leg. 1. at ego non recenseo.

Non omnia, quæ in libris legum habentur, leges sunt.

CAP. XI.

FAcit proximum caput, vt hîc subnectam aliquid, quod argumentum absoluere videtur ibi inchoatum, vt non omnia leges esse existimemus, quæ in ipsis libris legum habentur. Ecce enim leges non sunt in Codice particulæ illæ intersectæ, quæ authenticarum, non legum titulo insigniuntur. vim legis non habent: nam Irnerij

interpretis facinus. Recurrendum itaque semper ad ipsos Nouellarum fontes, vnde excerpsit eas particulas Irnerius: nam & sic exceperunt ipsas semper nostrates: & non infrequentissimè quoq; reiciunt istam ob causſam, quòd locus primus, siue exemplar aliter se habeat. Reiciunt auth. excipitur. de 60. quæ lib. auth. hoc ita. auth. bona damnatorum. de 60. dam. auth. ex causſa. de lib. prat. aliasque non paucas: in quibus ille interpres egit aliter, quàm sit in Nouellarum contextu, addendo, tollendo, mutando. Huic obseruationi similis illa est, quam omnes tenent in Decreti lectione, vt scilicet neque illa Gratiani scripta nisi eatenus probentur, quatenus apud auctores reperiuntur, quos ille adducit, vnde refellit Alciatus hominem ex Nouellis semel nescio quid adserentem, quòd in Nouellis id non reperiatur. Contius in eo monacho similiter confutando dedit integrum caput decimum lib. 1. subsec. quod saltem legerent amatores huius lutulentissimi iuris canonici. Scio leues videri posse istas obseruationes; at in D. Ioannis collegio meis studiosis principia iuris appetentibus modò dictabam, & hîc similibus dicto, qui nequeunt aspernari. Hoc vero vnum. Alterum est, quod moneo rudiores, ne in aliqua verborum probatione vti velint aut recepta, aut alia Latina Nouellarum translatione, interpretatio enim ea est; & ab ea duci argumentum non magis potest, quàm ex Bartoli aut alterius cuiusuis interpretis libris. Sed non rudiores

Lib. 4. Pater. c. 23.

tan-

tantùm, verum etiam & doctores vidi in hoc errare pueriliter, conantes ostendere filium fratris appellari nepotem, quòd ita eum appellet in Authenticis Iustinianus: similia pluſquam ridiculè adſtruentes legi, audiui. Canonicum, id est Barbarum, nepotis nomen in filio fratris vel ſororis est: qui ſpeciale cognationis nomen non habent, ſed ita demonſtrantur, fratris, aut ſororis filijs. l. vlt. §. tertio gradu. D. de gra.

Notent verò ſtudioſi, me ab iſto verborum examine non remouere Nouellarum libros, quia barbarè ſcripti ſunt, ſed quia non eius in tranſlatione ſunt, qui lex ſit nobis. nam alioqui nec vererer ex Codice circa verba pronunciare: hoc tamen delectu, vt in vocibus artis dictioni Cæſarum ſtarem ſicut ipſis Iuriſconſultorum monumentis, in alijs verò ita, vt ex barbari vnius Imperatoris dictione ad declarationem alterius, farinæ ſimilis procederẽ. opinor. n. faciendam diſtinctionẽ antiquiorum, quibus ipſi illi Iuriſconſulti adſtiterunt Iulianus, Papinianus, Vlpianus, Paulus, Modeſtinus, & Cæſarum recentiorum. itaque ex Hadriani, Seueri, Antonini, Alexandri, Gordiani reſcriptis ipſa quoque conſultorum ſcripta interpretarer, etiam in verbis. ex reliquis ad ſenſa Pandectarum eruenda quis progrederetur? nam & quis contra ex Latiniſsimis auctoribus verba barbararum acciperet? forte ille, qui reprehenſus a me, quòd vindicationem pro vindicta in Conſtantini reſcripto eſt interpretatus, nec ea ſignificatione vel in toto Codice, vel in

Pandectis totis vocem istam reperiet, ascensurus videtur a barbaro illo scriptore non tantũ ad Cesares & latinos Iurisconsultos, sed ad secula etiam superiora. Ast de his hactenus. Tertium alias monui, veterem illam Nouellarum translationem probatam ita videri in sententijs, vt ab ea discedere vix credam tutum, saltem in foro, etiãsi Græcus contextus alterius ostenderetur sensus esse. si quidem putant plerique omnes vel erroneam legis interpretationem, quæ adprobata sit, retinendam: argumento videlicet l. minimè. D. de legi. vt id multo magis verum sit, quando leges Iustiniani non sunt populis, qui ijs vtuntur, leges, nisi quatenus ipsi illas excipere voluerunt, liberi a Romano Imperio: excepisse autem istam versionem videntur: & adprobasse sententias ab ipsa redditas. Tamen hîc nihil pronuncio, & alibi copiosius tractaui hoc argumentum. Illud corollarium sit huius capitis, negasse Irnerium Iustiniani opus esse Nouellarum, ductum scilicet in istam opinionem per l. humanum. C. de legi. vt ibi. per Cy. & Bar. Nam Iustiniani pariter omnia.

Definitio Interlocutionis.

CAP. XII.

In l. quod iussit. de re ind.

INterlocutio est omnis vox iudicis ad causſam faciens, et principale negotium non determinans. *Hæc vulgo est Interlocutionis*

tionis definitio. Zasius superindicit ad causſæ reſolutiouem, *ne ſit etiam Interlocutio, ſi iudex iubet partes ſilere, accedere propiùs, ſimilia. Verùm ab his ego non timuiſſem: quoniam ad cauſſam non faciunt magis, quàm ad cauſſæ reſolutionem, cauſſam nullo modo contingentia. Mihi definitio non placebat. quia interrogatio iudicis Interlocutio non videtur.* Imperator interrogauit partem legatarij quærendi cauſſa. *l. Oſſidius. 93. de leg. 3. hîc vox iudicis eſt ad cauſſæ quoque reſolutionem faciens; & tamen non eſt Interlocutio. Sicut item non eſt ſententia, ita nec Interlocutio in caſu l. 7. C. de ſent. tamẽ ad cauſſæ reſolutionem maximè eſt ea ſuaſio iudicis. Sed & ex alijs deſtruitur hæc definitio: quæ tamẽ non repono. Iacobus Cuiacius ita definiuit.* Interlocutio eſt ſententia, quæ neque condemnationem continet, neque abſolutioeem. *Peſſimè. Nam Interlocutio non eſt ſententia. l. 19. de arb. Eſt Interlocutio aliqua, quæ abſolutionem continet, quam abſolutionem quoque vocãt noſtrates ab iudicij obſeruatione. Eſt ſententia, quæ neq, condemnationẽ continet, neq; abſolutionem: & nõ eſt tamen Interlocutio, ſed ſententia. tales ſunt omnes principalis quæſtionis declaratoriæ: vt ſi in iudicio vindicationis pronuncietur, rẽ cõuenti eſſe, vel actoris; aut cõtra, nõ eſſe: certè nõ eſt condẽnatio, non abſolutio, niſi ex conſequenti. Simile & in perſonali actione, & in criminali. Quid quod per ſententiã ſeruitus nõ conſtituitur,*

In Parat. Dig.

Bal. & Alex. in rub. de re iud.

l. 21. §. 1. de arb.

ſed

sed quæ est declaratur? l.8. si seru. vind. Ego duplex Interlocutionis genus esse opinor, vnum scilicet earum, quæ famulantur sententijs: alterum earum, quibus nihil cum sententia commune est. Atque de primo genere videntur cogitasse doctores solùm. a me autem tum ita interlocutio definiretur. Interlocutio est facti non principalis iussus, vel prohibitio, vel notatio, vel adsertio iudicis. aut ita. Interlocutio est emergentis, vel incidentis facti iussus, &c. Vt si pronunciet, dilationem dare se, vel non dare: testem admittere, vel non admittere: aliquem calumniari: se iudicem competentem esse, vel non esse: reliqua huius generis; quæ emergentia dicuntur, quòd in ipso iudicio emergunt, causam non habentia vetustiorem. Si pronuntiet, admittendam exceptionem pacti, compensationem faciendam, similia ex genere incidentium. quorum origo ante litem motam est: quæque ius causæ attingunt. vt est plenius a nostratibus tractatum in l. quod iussit. D. de re iud. Divi iussus, prohibitio, notatio, adsertio: *quòd prioribus illis duobus verbis iurisconsultus Celsus Interlocutionem designet in l. quod iussit. & Modestinus alibi iussum nomine præcepti reddidit. tertium verbum apertè suggeritur ex l. verbum. C. ex qui. ca inf. irr. si recta est Alciati sententia lib. 4. Parerg. c. xi. vltimum necessariò ponitur, ne adsertio, qua iudicem se esse iudex ait, a definitione excludatur: cum tamen Interlocutio sit, vt rectè omnes, nec enim*

In l. qui agnitis de except.

nim ij ferendi sunt, qui interlocutionem dictam volunt, quia est inter principium & finem causse: nisi principium ab ipsa citatione ponamus, finem in iudicati præstatione. est enim & post sententiam non vna Interlocutionis species. Interlocutio quoque est in specie l. 38 in testamento. D. de fid. lib. & nec iussus est, aut prohibitio, aut notatio, dum interlocutus Imperator proponitur, filios illam debuisse manumittere, quam pater dilexit. Sequens autem pronuntiatio est sententia. Et uerò, si omnia verba hæc vno exprimere volumus, Interlocutio est iudicis pronunciatio de non principali facto. arg. l. pronunciatum. de ver. sig. Atque ita prior Interlocutionis species a me definitur, altera, cuius exemplum est in d. l. 7. & in l. interlocutio. C. ex qui. ca. inf. irr. & in l. verbum. ita potest. Est pronuntiatio iudicis citra vim imperij. Nam admonitio dicitur in l. interlocutio. & suasio in l. 7. & ex l. verbum. rectè obiurgatio. Cum vi imperij est prior ex primis duobus verbis, ex sequentibus duobus cum imperio magis, quàm sine imperio. Utramque possumus vna definitione Interlocutionem comprehendere hoc modo. Est pronunciatio iudicis absque sententia. nam pronunciationis nomine interrogationes, similia excluduntur. iudicis appellatione quædam separantur, quæ a magistratu cum volentibus magis, quàm cum inuitis absoluuntur. vt sunt decreta in alienationibus rerum pupillarium, ceteraque eius generis. est autem nomen iudicis ad

l. 1 Diuo Pio

im-

iudicium; & hoc in inuitos. Sententiæ verò verbum quid faciat patet. Et insolita non est huiusmodi ratio dicendi in oratione definiente: cum dixerit & Pomponius Senatusconsultum, quod solùm senatu constituente inducitur sine lege, *& alij alia.*

In l. 2. de orig. iur.

Vtrum de scripto lata Interlocutio reuocari possit.

Cap. XIII.

DE interlocutione tractant Interpretes in l. quod iussit. D. de re iud. tractāt multa cum vtilia & necessaria cognitu, tum quædam etiam subtiliter satis. illud autem vtraque ratione est benè dignum, si de scripto lata interlocutio potest, vt reliquæ omnes regulariter, reuocari. & hinc atque inde stant contrariarum opinionum adsertores, vt est a Iasone relatum. Mihi eorum sententia probabatur, qui talem interlocutionem reuocari posse negant. inducebam verò l. rura. C. de omn. agr. des. quam ait Iasō huiusmodi nihil probare. Non est quidem ibi de interlocutionibus sermo: at est de actu reuocabili: deciditurque vt reuocari nequeat, si sit in acta relatus. Sic nostra

stra interlocutio reuocabilis natura amodo desinat reuocabilis esse, quia de scripto pronunciata est. Mouebar etiam, quòd & confessio facta viua voce potest ad sententiam vsque reuocari, tamen si instrumento explicetur non potest. Atque huic rationi credebam non nocere; quod ea stante nulla posset interlocutio reuocari, quia omnes statim rediguntur in scripta. nam ego rationem non sic aptabam, vt ab omni scriptura voluissem vim illã procedere; sed scripturæ qualitatem intuebar hoc modo scriptura in eo actu, in ea cõfessione non est ad actus & confessionis probationem; nec scriptura hæc, de qua interlocutio pronunciatur: sed vbique pariter ad robur, aut formam solemniorem eius, quod gestum est: Ergo si ille actus, illa confessio propter huiusmodi scripturam sit irreuocabilis; certè & nostra interlocutio fiet. Pars actus hic est scriptura, non probatio; nam qualitas actus est, qualitas est Interlocutionis. Addebam verò his, quod ex scriptura non est nouum obligationem nasci, vbi sine scriptura non fuisset. vt pulchrè in l. sicut §. non videtur. qui mo. pi. vel hyp. solu. quare nec nouum est, si iudex obligabitur ne possit reuocare suam interlocutionem, quam ex scripto tulit. Tandem pro hac parte a cessante ratione argumentabar. Ratio, vt reuocari interlocutio valeat, ea est: quia minus deliberatè (& sanè ex tempore plerumque) prolata creditur, at cum deliberatione facta censentur, quæ in scriptis facta proponuntur. do-

Inn. Alex. in l. non fatetur. de confess.

Alb. Abb.

docente Bar. in l. 2. C. de sent. ex per. rec. & Aret. in l. serui electione. in prin. D. de leg. 1. Ergo & ista interlocutio. Ergo ratio, cur reuocari haec queat, cessat. Ergo non est reuocabilis. Tamen huic argumento non fidebam, alij enim aliam eius iuris rationem commentantur: vt tutum haud opinor incertae haerere rationi, aut ab ea argumentari. Quod ne fieret monuit rectè Bartolus, alijque, atque retulit Soc. in l. cum fuerit. de cond. & dem. Priora mihi suadebant magis istam opinionẽ, quae an satis fuerint firma, nunc exquirere non placet. & iusta est ratio.

Vsque ad quem diem possit Interlocutio reuocari.

Cap. XIIII.

POst sententiam reuocari interlocutionem non posse, sed nec quae ante fuerit executioni mandata, explorati iuris est, quod si horum neutrum euenerit, tum quaeritur infra quot dies a dicta interlocutione reuocari haec ipsa valeat. atque aliter Azo praeceptor Accursij, aliter antiquiores alij, & aliter ceteri communiter statuunt. Hi siquidem, quorum est calculis frequentioribus adprobata sententia, dicunt, litigantes reuocationem hanc petere posse solùm vsque ad diem decimum: iudicem reuocare semper posse vsque quo sententiam

tiam dixerit. Et hæc est nostra inspectio. Itaque vel si anni intercesserint quadraginta, ius iudici non tollitur, quominus reuocare suam interlocutionem queat. Mihi, ne quid absurdum statuatur, prospiciendum videtur. quid igitur in potestate iudicis faciemus rem tanto tempore stantē tollere? Sequor autem subtilissimi Bexutij opinionem, quæ & anonymorum antiquiorum fuit, vt vsque solùm ad decimum diem iudex id facere possit. nam argumenta eius manent: nec a Iasone, qui conatur, confutantur. Primum autem est, quia iudex nequit officium suum nisi rogatus impartiri. l. 4. §. hoc autem iudicium. de dam. inf. Etsi igitur duret iudicis officium & post interlocutionem vsque ad sententiam, tamen non efficit ea maior interpretum pars, vt possit iudex semper vsque ad sententiam perimere interlocutionem. quoniam (ipsis omnibus fatentibus) post decem dies implorari illud officium nequit: vt nec præstari possit. Ergo nec interlocutio reuocari. Iason verò dum huic rationi replicat, posse etiam non petitum suum officium deferre reuocando suum errorem, planè nouam inducit conclusionem, quā nemo tenet: immo se reprobat Baldus, ipseq; Iason dicentes, illam iudicis potestatem esse, vel si in peius mutaret interlocutionem. Et quidem arbitror, nullam esse legem, quæ sic deferat, aut hîc delatum, hanc iudicis potestatem isto modo cogat. Igitur tentat aliter Iason expedire hunc Bexutij nodum, aitque conferre suum officium

Z 23.

posse iudicem nec impleratum in his, quæ ex actis apparent. Sed nihil proficit magis. quia data illa potestas non sic est, si ex actis appareat, revocari interlocutionem oportere. & si potest etiam in deterius revocare, sequitur, quod hoc possit semper nulla huiusmodi habita actorum consideratione. Alterum argumentum eiusdem Bexutij hoc. Tempus decem dierum datum ad appellandum ipsum quoque datum censetur ad petendam interlocutionis revocationem. Sicut igitur elapsis decem diebus appellationi interponendæ præstitutis sententia transit in rem iudicatam: ita his decem elapsis, qui dantur ad eam revocationem petendam, transijt in rem iudicatam interlocutio. Iason respondet, transire quoad partes, non quoad iudicem. & nihil, nisi glossema canonicum, producit. Nos pro eo dicimus, quod partes sunt, quæ tacendo consentiunt: igitur ipsis fiat res iudicata. at iudici non fiat, qui an debeat suam improbare intra illud tempus interlocutionem, nunc quæstionis est. Sed profectò a Bexutio non dissentior, quia si eadem est virtus taciti & expressi, immo taciti maior, quando id cum lapsu temporis concurrit, sequitur nullam esse responsionem: quoniam interlocutio lata ex consensu partium expresso (omnibus consentientibus) non revocatur; certè nec ista adprobata consensu tacito debet revocari posse. Ita cum Bexutio manebam.

Not. in l. cum quid. si cer. pe.

Pulchrè l. 1. §. potest. de ao. op. nunc.

Iudex

Iudex quoties possit Interlocutionem reuocare.

CAP. XV.

EST & hæc quæstio ab interpretibus agitata. Receptior verò opinio cum ex ciuili, tum ex canonico iure dicitur, & æqua; vt bis tantùm possit iudex in eodem articulo interlocutionem mutare. Sic enim accipienda quæstio est. Altera Raynerij præceptoris Bartoli, atque Cumani est, vt pluries id liceat iudici facere. Tertiam Bexuius introduxit, & firmat Iason, vt semel tantùm concessa censeatur reuocatio Interlocutionis. Quæ & mihi probabatur sententia per tritam regulam l. boues. §. hoc sermone. de ver. sig. atque ex eo, quod ludibrio fieri leges creduntur, si amplius quàm semel variatio permittatur, & lenitati iure occurri ur l. 7. C. de cond ob ca. Itaque absurdissima visa est Raynerij opinio, quæ iudicem sinat ad insaniam vsque ineptire, & centies, et millies variare. Sed & illius argumenta longè sunt leuissima. quid enim commune habet interrogatio cum interlocutione? igitur non ad rem regula l. vbicumque. de int. act. quæ etiam alia ratione hinc amouetur, quod hîc, non vt ibi, æquitatis rationem habemus; sed iudici vel in deterius concedimus reuocandi potestatem. Alterum nihilo melius. At neque firmum vllum stat pro opinione communi: & vnumquodque re-

l. vlt. C. de' bo. quæ ibi

futauit solidè Iason. Quid? Licet bis appellare? Ergo & bis licet reuocare interlocutionem. Sed illi. Verùm malè ex contrarijs penitus rationibus (hoc e penu mea addebam) idem concludere conantur: & quia constanter agere, secundò appellando, datum est. agere & inconstanter licere variando in interlocutionibus. Illud quoque admirari me faciebat maximè, quod pro ista recepta sententia produceretur l. x. § si cui. vt legi no. cau. nam ipse ex illis legibus contrarium cum Bexutio statuissem: ac vt per dictionem rursus *ibi non nisi semel præstandum est legatum deperditum; ita nec nisi semel interlocutio valeat reuocari. bis scilicet ea dictione legatum debetur: & bis iudex possit in eodem interloqui articulo: neque enim ego dubitabam dicere: Interlocutionem esse istam reuocationem: nam contrarium imperium appellat Celsus: imperium itaque: & imperium est interlocutio: nam iussus est. igitur latum interlocutionem reuocare semel: semel contrarium exercere imperium valeat: bis enim eo facto interloquitur. Et Bexutij sententiam in praxi seruatum testantur. quod magnum verbum est: vt loqui solet Albericus: nec enim facilè obtineret altera etsi crebrioribus comprobata notis interpretum vtriusque iuris, ac titulo æquitatis decorata.*

Inter-

Interlocutio duobus casibus non reuocatur.

CAP. XVI.

HOc etiam caput tractationi interlocutionum. Si interlocutio non requirit causſæ cognitionem, aiunt noſtrates, reuocari interlocutionem poſſe abſentibus, nec vocatis partibus. Quid ſi cum cauſſæ cognitione ſit prolata, an iſta quoq; reuocari eo modo poteſt? Ego quæſtionem mouebam credebamque non poſſe per vulgatam regulam l ferè. & l nihil tam naturale. de reg. iu. Contrarium trahebat me, quòd non attendantur, quæ ſuperabundant. & teſtamentum factum coram decem teſtib reuocatur coram ſeptem. & legata facta in teſtamento reuocari coram quinque teſtibus poſſunt. & inſtrumentum non infirmatur, in quo ſex teſtes interuenerint, cum non requirerentur niſi duo, ſi ceteris mortuis dicant aliqui ſe non interfuiſſe. atque id generis multa a Doctoribus traduntur. Igitur cum cauſſæ cognitione lata interlocutio, quia iſta ſolẽnitas hîc non requiritur, poteſt & ſine cognitione reuocari. Determinabã pro priori parte. nam actus, qui ex ſe valet ſine aliqua ſolemnitate, ſi in ſolẽnitatem deducitur, ſit talis, vt nõ poſsit tolli quomodo potuiſſet, ſi ſolẽnitas illa nõ fuiſſet adhibita. ecce, nudo

In l. heredes palam § ſi quid poſt. de teſta. in l. 1. de. eg. 3.

consensu contrahitur & dissolvitur emptio, re-
scilicet integra. l. ab emptione. D. de pact. l. 1. &
2. C. qua. lic. ab emp. disc. si tamen emptio deducitur in stipulationem tolli nudo consensu non potest. l. emptor. de pact. l. emptio. in prin. de resc. vend. Sic igitur & in casu nostro, sine causa cognitione potest ferri interlocutio, lata cum ista solemnitate revocari absque eadem non potest. Fauet huic determinationi, quod dictum supra est capitibus proximis de interlocutione lata ex consensu partium, vel tacitè adprobata, deque ea, quæ in scriptis, vt revocari nequeant, quia hæ sunt adiunctæ solemnitates. Iam non obstat quod de testibus dixi, nam testes non sunt pars actus (quin probationis magis sunt) vt facta ista, istæ solemnitates videntur: & in tantum quidem, vt mutent actuum naturam. scimus enim præter ea quæ dicta sunt, in testamento initum contractum naturam penitus vltimæ voluntatis adsumere l. 1. §. si quis sub conditione. vt leg. nom. cau & irritum fieri facto irrito testamento, & revocari a testatore posse, & nomine vltimæ valuntatis censeri, & alia habere, quæ vltimarum voluntatum sunt, vt est ab aljs, Iasone q. tractatum in l. nemo potest. de leg. 1. Nam quid mea ex alienis conficiam: & non ad hos auctores potiùs ablegauerim studiosos? Hic casus a me, quantum scio, introductus, in hunc modum determinabatur. Alter huius capitis est, in quo contra Doctores omnes dicebam, Parte absente (aiunt) repeti Interlo-

Ias. in prin. lect. num. 27. in sec. num. 31.

cutio

cutio poteſt, etſi præiudicium, damnumuè modicum illi inde creetur. Ita poſt alios Iaſ. in l. quod iuſſit. Tamen Bartolus mihi viſus eſt non admittere, quod de damno alij ſuperaddunt. Ego præſentiam partium deſiderabam hoc caſu. nam l. diem. & l. ſed ſi interpelletur. de rec. arb. nuncium habent, vel epiſtolam, qua iudicem partibus preſentem facere, & partes iudici videntur. præterea non vocatas partes non dicunt illæ leges: & ego vocatas ſtatuo per l. de vnoquoque. de iud. & quòd vbi de vna quapiam re diſputatur, aut determinatur, cetera apta eſſe iam ſuponuntur. l. 4 qui ad lib. procl. non li. vbi hac Decij regula probatur melius.

De ſcriptorum ſententijs cenſendis.

Cap. XVII.

PRobo equidem maximè, vt receptis ſententijs dignitas adſeruetur ſua. nec id quoniam fieri non poſſit, vt in obſcuriſſima quæſtione verius pluribus vnus, paucinè ſentiant: ſed quòd non facilè iſtud contingat; & pro vno, vel pro paucis aduerſus multos eiuſdem profeſsionis viros & magno ingenio, & vberi doctrina præditos niſi pertractatis pro viribus, et perſpectis rebus ferenda haud eſſe ſententia dicitur. Probo iſtam moderationem. at in illis communibus opinionibus Eraſm. lib. 3. contr. Dom. c. 4.

constituendis, quid ipsi egerint Doctores, videndum censeo sunt enim aliquæ ita constitutæ, quēadmodum anolantem aniculam ceteras sequi aspicimus, & saltantem omes: nec tamen aut ista, aut illæ cogitantes aliud, nisi vt præeuntem sequātur. Sunt autem istæ similitudines Decij atque Fulgosij Ego communem opinionem non existimarem, quæ in hunc modum colligeretur. Monuit Alciatus quandoque & illustris memoriæ Tobias Nonius præceptor meus in suo quodam responso, in hoc calculo ineundo non si quid obiter, incidenterue ab aliquo Doctore sit dictum, augere numerum; sed si re discussa, examinata sit in aliquam sententiam deuentum. Et medicus, philosophusque celeberrimus, sententia, ait, scriptoris creditur esse, quam crebriùs repeti, inculcāri, vrgeri, asseuerari videmus. Secundò in ista constitutione ipse desidero, vt non numerentur, quod iam notato loco videtur Alciatus voluisse; sed ponderentur auctoritates, id quod idem firmat in lib. de præs. reg. 1. præs. si. Quis enim in legitimis disceptationibus Bartolum mille nouitijs, nouitiũ in liberalioribus non anteponat Bartolis mille, et mille simul Accursijs? Tertiò personas ipsas intuendas crederem, ingenia, affecta. Quam enim auctoritatem refractarijs Raphaelum & similium deferemur ingenijs? quam Baldo aduersus Bartolum dicenti, Decio aduersus Iasonem? Baldum & cerebrum perdidisse volunt studio

c. 17. lib. 4. Parerg.

Erastus.

con-

contradicendi Bartolo. Iudicium igitur hîc non aliter, quàm de testibus fieri opinarer. Huc verò & illa senior animadversio referri potest, opinionem cuiusquam verè non dici, quam is non amplexatur omnino, sed vel disputando tantùm, vel in ipsam etiam concedendo it inuitus. quæ quãdo fiant, difficile non est iudicare. Similis autem huic obseruatio traditur ad Aristotelis dicta, loqui hunc scilicet in quibusdam libris ad vulgi opinionem, non iuxta veritatem multa. quod si tamen aliquid ex his est non reprobatum loco suo, manebit eius ex Aristotele iudicium: id quod neque ex ipsis legibus nos dicere possumus. quando hinc ea constat Peripateticis præceptio, quia par ferè apud ipsos habetur hæresis, siue mancus credatur, siue falsus Aristoteles. a nobis autem tanta perfectio nostris tribui non solet. quòd alias. Quartò, vt non omnes in omnibus, sed alij in alijs meliores esse solent, ita maior debet singulis constare auctoritas in ijs, quæ tractando maiorem sunt laudem assecuti. Non est par dignitas Bartolo in consilijs, quæ in lecturis; nec par in lecturis omnibus: nam quas iunior confecit, ea minus probantur. De lecturis & consilijs Iasonis idem. contra de consilijs & lecturis Decii: etsi canonica huius commentaria non minus quàm responsa probentur. Quid? Nec secundum obtinet Bartolus locum

Castr. Alex. Ias. Suarel.

Castr. in l. 6. constante. Sol. ma.

in criminum tractationibus. quem ipse, alijq; ex celebrioribus habent in Feudalibus? Vt hæc pars ad dicendum amplissima præcidatur. & vltimò illud respiciendum dicamus maximè, ne preter id, quod auctores tractant, aliquid nos ex eorum sententia adhuc introducere velimus. nam si prima vera est cautio, quanta est hæc adsertio verior? Peccatur tamen in hoc sæpius a nostratibus, vel tum cũ sunt aliquæ excitandæ antinomiæ. Hanc ego regulam indicaui supra lib. 1. C. 1. ad fi. & lib. 2. cap. 6. Confirmare nunc possum latiùs ex alijs, nostrisque. Quod vnuscuiusque est commentationis proprium, id (ait Galenus) decet omni ex parte elaborare: quod verò obiter incidit, hoc indicare summatim. atque hoc quantum distat a negligenter? notetur quod de spicis traditur in §. cum ex aliena. Inst. de re. diu. & nisi dicimus, noluisse singulas illas species examinare Imperatorem diligenter, sed tantùm indigestam exemplorum congeriem exhibere, explicet, qui potest, iniectum nodum a l. adto. D. de adq. re. do. Verùm sunt exempla innumera, quæ docent id inspiciendum solum, quod explicari solum petitur, non si quid dicitur aliud. vnum tamen illud non innotatũ mitto, quod est in l. cui quæ Roma. de leg. 3. Et ita ex hac regula dixerim in l. cum in eo. de pact. non adfirmari curatorem esse posse creditorem, nec in l. pater. de procurat. tutorum, non similia, multa. nam & illud enunciatum laudo, quod ponitur in l. ex facto. 19. de her. inst.

Pri mor. vulg. Cõm. 8.

Vide ibi glot

verba,

verba, quæ aliquid præsupponunt, nihil eo respectu disponant.

Addita quædam ex hiſtoricis Capiti ix. & x. lib. 2.

CAP. XVIII.

HOſtium duo ſunt genera: internum, & externũ. Ciuem illum dico hoſtilia in remp. admittentem. alter notus eſt ex l. hoſtes. de ver. ſig. Quæ verò neuter igne puniretur dixi cap. 9. lib prox. Et quidem de externo certa eſt aſſertio ex toto iure, quod de ſeruis, quod de captiuis loquitur. atque de altero idem ex hiſtoria (vt tum ſcribebã) Ro. vniuerſa videtur. Immolari quoſdam captorum hoſtium ſolitos ab victore duce ex omni antiquitate cognouimus: at iſtud de pœna ignis prorſus neſcimus. Internus item hoſtis aut citra mortem punitus eſt, vt Coriolanus, aut e rupe præceps datus, vt Caſſius: aut ſtrangulatus, vt Lentulus, & ceteri Catilinarij: aut lege huic crimini conſtituta aliter enectus; quam in Nerone recitat Suetonius cap. 49. Nam quod Tyberius nepotes inedia necarit; Caligula Senatorem diſcerpendum curarit; Perennemq; Commodus; & Antoninus Plautianum indicatos hoſtes: id me nihil mouere ſolet. nam de iudicijs, non de furoribus loquor. iudicia autem ea non fuere, vt legentibus Suetonium, Lampridium,

Vide Suet. in Oct. c. 15. Virg. lib. ij Helio. lib. 9. & 10. Plut. in Philop & in Bru. Plut. Dion. Liu. Salluſt.

He-

Herodianum patet, a quibus tradita litteris sunt. iudicia censeo, quæ vel ex relato Suetonij loco fuerint constituta, vel ex iudicato altero Sallustiano. atque huic ille apud Trebellium Pollionem in Æmiliano tyranno adiungitur, strangulatus in carcere captiuorum veterum more perhibetur. &c. *Ita mihi persuasum. vt nec audiam illud in Commodum.* Hostis patriæ in spoliario lanietur. *nec in Maximinos illa, quæ refert Capitolinus,* inimici senatus viui exurantur. Capita eorum in Campo Martio insultante populo exulta. *& iongè me mouet minus, quod Commodus Cassij posteros viuos incendi iusserit, quasi (vt ait Vulcatius) in factione deprehensos. infensissimorum voces, factaquè sunt omnia hæc, iequitum nihil sonantia. Plus virium inesse adsertioni, qua igni damnentur hostes, videtur ex l. 38. D. de pœn. Tamen nec inde satis bonum conficitur argumentum: quoniam illud proditionis crimen grauissimum apud Ro. & supra parricidium, & supra affectatam tyrannidem historia memorant. Est procul dubio grauius prodere exteris ciuitatem, quàm si sibi vindicet dominationem ciuis. nec enim ad internicionem iste, vt spectat prior casus. quod Tacitus etiam (si bene memini) scriptum reliquit. Teneat vnusquisque quod arridet. etenim fui ego in id præcipuè intentus, vt citra emendationem litteræ ijs interpretaremur l. 8. §. hostes. de pœn. quia ig-*

Lampri.

In Cass.

Dionys. lib. 2. & 8.

nem

nem stare huic delicto non patiuntur. De carcerum iam & vinculorum pœna egregius apud Ciceronem locus est in quarta Catilinaria, quem non refero; quia omnibus præsto ille auctor. Tyberius quidem in recognoscendis custodijs precanti cuidam pœnæ maturitatem respondit, Nondum tecum in gratiam redii. sentiebat videlicet veram Cæsaris sententiam hic, quæ in ea Catilinaria habetur: vt etiam Auidius Cassius dum dixerat maius exemplum esse viuentis miserabiliter criminosi, quàm occisi: & illi omnino, qui in morte solatium miseris, in vita supplicium decreuerunt. Qui porro miseriores? Iure tamen Canonico pœna carceris non est interdicta. c. pe. de apostat. & c. nouimus. de versic. At ad mortem per inediam, mortem infelicissimi generis, vt tribunus ple. Decius clamabat. Et media (vt dixi) necati nepotes Tyberii. necari alii. tractatum de necandis. exempla apud Capitolinum in Ant. Pio. apud Val. Max. apud Suet in Gal. c. 7. miserabile præ ceteris, quod editum a Pisanis canit Dantes. An verò lex vlla, vllum iustum decretum huius pœnæ sit ignoro. Sequitur de enectis inter virgas. Produco autem idem caput 49. Suet. in Nero aio, Vestales ob violatam pudicitiam virgis olim ad necem cæsas. & Domitianum in earũ stupratores suo tempore tantundẽ obseruasse. Sed quid de saxo? Qualis locus fuerit, diligen-

Suet. c. 6.

Vulcat.

l. 5. C. ad leg. Iu. maie.

Dionys. lib. 7.

In Infer.

Dionys. lib. 8. Suet, c. 8.

ter

ter scilicet explicat Dionysius lib. 7. & Plutar. in Romulo. Vulgare item supplicium olim hoc fuisse Romanis ille idem Dionys. lib. 8. narrat. Dicam, & satis in proposito, ea Tacit. lib 2. Facta & de Mathematicis, Magisq; Italiæ pellendis. S C. quorum e numero L. Pinarius saxo deiectus est. Accedo ad manuum supplicium. Exempla in Caligula, & Domitiano Suetonij sunt. est & in Galba prætore adhuc Hispaniarum. Quietiam Fab. Maximus transfugis abscisit manus. Auidius Cassius etiam desertoribus. vt est apud Vulcat. illos alij cruci affixerunt percusseruntuè securi, alij in edendis populo spectaculis feris bestijs obiecerunt, alij etiam elephantis proterendos substrarunt. En additum aliquid his, quæ de transfugis adnotauimus. Verùm quid de articulorum dissolutione? Sanè nihil occurrit. nec ego is sum, qui velim operam meam in istis ponere. Igitur de facie non signanda. & ad id satis diximus tantùm nominata lege Remmia, cuius & apud alios, & apud Ciceronem mentio in orat. pro Sex. Rosc. Aliquid videre est in Caligula apud Suet. c. 27. Dignum verò quod est nl antep. D. de relig. & sumpt. fun. Nec de supplicio crucis vsitatissimo scribam plura. Sufficit enim si (quod facio) Ciceronem pro Rabirio legendum moneo; nam historia eius pœnæ hinc melius (si rectè arbitror) quàm alibunde habetur. An verò nec de percussis securi est aliquid? Securi noxios percus-

Val lib. 2. c. 7.

sos

ſos millies in Liuio & paſsim in alijs legimus. Aſt quod ſecuri non fuerit poſterioribus temporibus vita adimenda illud forte oſtendit Baſsiani militem, qui Papinianum percuſſerat alloquentis, Gladio te exequi oportuit meum iuſſum. quod apud Spartianum eſt. Qualis tandem eſſet hæc occidendi ratio colligi ex eodem auctore poteſt, dum ait, ſecuri percuſſus eſt, & a militibus occiſus. De telo ſuccedit oratio. & ſi telum accipimus iuxta Caij definitionem, habemus quantum ad lapides attinet, notiſsimam Hebræorum legem. aliud ipſe nihil tempore iſto. De laqueo dixi. De fuſti adijcio hæc. Eliſi aliquot fuſtibus Maximini iuſſu, præfectus vrbi Sabinus iuſſu ſenatus fuſte percuſſus. Capitol. in Gord. Delatoribus fuſtem te ſaluo, a ſenatu acclamatum Pertinaci. Lamprid. in Cõmod. De veneno exempla admodum multa, quoniam tamen eſt in manibus Suetonius, is legatur c. 36. in Nerone, vbi de veneno, vbi etiam de inedia. Facta tyrannorum ſunt, tamen extra Romanam hiſtoriam ego diuagari non curaui; nec leges in ipſa habeo. Supereſt de libera mortis facultate. verba itaque Domitiani, quæ ab eodem Suetonio recitantur, videnda; & eiuſdem factum cognoſcendum. Faciunt & quæ de ſuppliciorum diuerſitate vendita a Commodo, ac Verre Lampridius adnotauit, proſecutus eſt Cicero. Atque hic finis febriculoſæ tractationis ad l. 8. §. 1. 2. & 3. D. de pœn. Nam ex ad-

Hanc Sabini mortem ſenatui non adſcribit Herod. lib. 7.

C. 11. & 12.

adlatis

adlatis locis ea quoque ornari sine longiori mei quasi nausea possunt, vel aliquo alio modo. *Addo tamen & illa ex Lucretio.*

Sceleriſq; luela
Carcer, & horribilis de ſaxo iactu' deorſum,
Lib. 3. *Verbera, Carnifices, Robur, Pix, Lamina, Tedæ,*

ALBERICI GENTILIS

Lectionum & Epistolarum, quæ ad Ius ciuile pertinent.

LIBER IIII.

LONDINI
Excudebat Ioannes Wolfius.
1584.

Christophori Iskombergij.

Dialogis tu multa doces: Hic plura. Quid amplius
Præstabit nobis, CONDICIONIS *opus?*

Generoso viro

ARTVRO ATEIO

Albericus Gentilis S.P.

Ec tu nisi in primis eris, mi Arture qui litterato a me aliquo doneris munere; postquam et ab eo tempore, quo te noui, dignissimus sanè mihi visus es, cuius expeterem benevolentiam, partamque maximè gauderem. & id ipso ferè die primo, quo Londinium appuli, certe ātea, quàm notita mihi cum alio quouis interessisset in Anglia, contingere memini. His adde, quæ neminem præterea tibi anteire permittūt, eam humanitatem mihi vsque a principio semper præstitam, quam abs te ego potui in rebus meis omnibus expectare. hęc diutiùs mutui animi testimonio nec debuit fraudari, nec potuit: sed flagitabat ipsa, repræsentandum immo aliquid; & animi mei affectus morarum quoque impatiens rationes omnes præcipitandas iussit, tantum abest, vt vim alienam voluerit sustinere. Accipe igitur quem sub nomine tuo emitto, et promptè & beneuolè ad te defero, librum hunc quartum Lectionum, & Epistolarum mearum, in quo iuxta precedentium institutum id curo, vt de meo aliquid scribam non exscribam de alieno: & tractem ea, quę vel sunt visa vel in Iure difficiliora vidētur. Placet autem propterea mihi ratio hæc scribendi maximè, quòd ipsa vna ferè admittit, vt nostra plura, aliena pauciora inducamus. & id probādum magis existimo, vel si illa essent modici æris, quàm ineptos, ridiculosque versicoloresque istos videre psittacos, qui nihil omnino adferunt in commune de suo, si suum AVE excipiunt, suas grammaticationes, grecationes, critica-

criticationes, & id generis alia, tam me hercule ab Iurisconsulti professione, longe posita, quàm ab homine pictacus positus est, homo pictus. At horum miseriam, multis hactenus a me argumentis in medium productam, & in apertum Solem, tecum deplorare non institui. Scribo hos libros libenter, etiam quia non omnia in ipso tractationis genere dicere cogimur, quę tractati argumenti sunt: sed ea tantum possumus, quę placent magis & digniora videntur. Quod tamen si a me non est vbique seruatum, at ex alienis studijs quędam, humiliora quę sunt inspersi: causa fuit, quia harũ rerũ studiosis hoc tempore dandũ aliquid & ipse censeo, quo nostra ceu penitus extranea non auersentur; & interim dum legunt omnia, fiant magis iuris studiosi, quod profitentur. Quam alij causſam huius mei adferant facti, rideo, & indignor dicunt. n. ad amouendam calumniam esse, qua is statim oneratur, qui scientiam alicuius artis nec necessariam, nec vtilem alteri artifici esse contendit quod scilicet id afferat quoniam eius est ipse disciplinę penitus expers. & propterea me ex historiis (vt alia taceam) dicere non infrequenter; quoniam & historias precipuè noui isti consulti studiosis commendant, & ego adseruerim, historias nec esse cur legat Iuris interpres. Garriunt. Doleo aut in Historijs me tantum temporis consumpsisse. nec.n. operę pretium tuli: dum hoc vnum inde in me etiam cognosco, quàm inaniter tempus ludamus, vbi solis prudentię ciuilis libris professores iuris non vacamus indesinenter. Quod reliquum est, dico & mihi alias docendi formas constare. & operam dabo vt id breui queant videre omnes, si a multis, quibus vndique distineor, summisque difficultatibus paulùm releuabor, vt Commentarium meum de conditionibus (suprema deest manus) edere in lucem valeam. Sed tu (multæ tuspes mihi) pro tua humanitate, mutuaque hac nostra animorum propensione huic rei stude. munus hoc quo est tibi gratissimo donatum animo, gratè excipe. ac

vale. Oxon. Id VI. Aug. M.D.
LXXXIIII.

ALBERICI GENTILIS

LECTIONVM ET EPISTOLARVM, QVÆ AD IVS CIVILE PERTINENT.

LIBER QVARTVS.

De beneficio id tantùm præstandi, quod facere obligatus potest. CAP. I.

Vius argumenti leges multæ sunt in tit. D. de re iud. Ego autem, vt ante quattuor annos recitatione vna, ita hic capite vno summas huius tractatus definitiones cõprehendam. Verba ista, in id, quod, *siue,* in quantum, *siue,* eatenus qua, *aut* quatenus facere potest, *similiàue (fortè.n. aliter variantur) illam recipiunt interpretationem, ne solidi exactio fiat: sed vsque tantùm, quò reus non egeat. qua in re et ipsius personæ et familiæ rationem habere oportet. Atq;* L. in cõdemnatione de reg. iu.

certa hæc sunt ex Aret. cons. 17. Zas. in L. miles. d. tit. et Alc. in L. nepos. de ver. sig. Quod sequitur facti est magis, de illarum personarum caussis determinare. itaq; exercebit se iudicis in reliqua constitutiõe arbitrium. Quod tamẽ iuuari non minimùm ab his valet, quæ docent ad rem interpretes in §. sunt preterea. Inst. de act. Æs alienum proculdubio non deducitur. L. sunt qui. de re iud. nisi vno casu, quem notabimus. Sed an est temporis etiam modus aliquis meundus? Dixerint Faber, & Ias. in d. §. atque illum proposuerint, qui ab Æmilio recitatur in L. computatiõi, 68. D. ad leg. Falc. Quæ mihi improbabilis videtur sententia: primùm quia rectiùs alij decreuerunt, computationem Æmilij extra Falcidiæ caussam, similem úe non producendam. & nostra hæc dissimilis longè est. siquidem non alimenta ex ea forma illic prestãtur, sed incerta alimentorum causa, quo possit Falcidæ ratio iniri, ad certam illam estimationem deducitur. alimenta ipsa præbentur, vt sunt legata, nec aliquam mutationem excipiunt. hîc verò, si formam tenemus, ipsum id, quod deducitur, iuxta eam prestabitur. & hoc etiam faciendum non est, quoniam in hac deductione (probante Bartolo, aliisque) non inspicitur, quanti patrimonium valeat, sed quãtum ex fructibus percipiatur: at computatio valorem eius censet, quod secundùm ipsam deducitur, & sortem in constitutos annos distribuit. Tandem quod formam illam in proposito non admittam, hac suadeor

Vide Alc. reg. 1. prę. 44.

in l. 6. D. de cess. bon.

decorratione. Beneficium hoc tale est, vt exactio instituatur tantum deducendo seruando ue, quantum ad arcendam rei egestatem sit satis. at per sortis distribuendæ decretum non id assequimur, si diutius uiuat reus, quàm comprehensum computatione est. ergo ea exactio ad sortis distribuendæ rationem non admittetur. Et verè si respõderit aliquis, superaddendum ab exigente, quod deesse continget. replicatim ego, priuilegium nostrum non vsque eò proferri, vt actionem quoque concedat, qua uel dare iterum, fortè etiam iterum, atque iterum cogatur qui exegit: vel de dando in ipsa exactione prõtiere. Hactenus prima definitio. Sequitur videre personas, quibus priuilegium datur. Parenti competit. l. inter eos. de re iud. Et parentis nomen hic omnes accipiunt iuxta l. 4. de in ius voc. Datur socero, patri mariti omnino. l. 15. §. vlt. l. 16. sol. matr. et l. sicut. in prin. de re iud. Vxoris patri etiam omnino, manente adfinitate. l. pe. vers. ceterum. de iu. dot. et l. sed hoc. vers. verum. de re iud. diremptο matrimonio, alio iure vtimur. d. l. sed hoc. in prin. et d. l. sicut. in fi. id verò ius est, vt non omnino, sed ex caussa et persona tribuendum putemus priuilegium. d. l. pe. uers. si diremto. Ego istam coniunctionem probo istarum legum, quæ minus coherere videntur. et huc tandem ex eo iure decursum statuo, quod vtrique par socero deferre, et iustumet æquum fuisse scribunt. cur. n. soceri ius vtriusq; impar, si par est viri et uxoris? cur nurui, et dotis conseruatiõi

in d. l. sicut. et in l. 17. sol. matr.

oni (id publicè interest. l.i. sol. matr.) defertur minus quàm lucro generis? Hæ rationes efficiunt, vt quam minimũ detractum velim patri vxoris: atque adeo eam legum concordiam amplectar, quæ minimum detrahit: nec sine caussa tribui. n. iusta ratione non debet priuilegium patri vxoris, si fraudem promitendo admiserit: si ex caussa, et persona rectius esse videtur, ne tribuatur. Quare tamẽ potest, cur õnino fruatur mariti pater priuilegio: vxoris an fruatur pater, ex eo determinatur, si fraudem, nec ne, promitend. admiserit: si persona, caussaque non refragatur? quare idem in patre mariti non queritur, si fraudem, nec ne, accipiendo admiserit: si persona, caussaque non refragatur? Putem id fieri, quia vxore mortua dos penitus esse desinit, vt marito iam alio nomine debeatur, qui ad eam agit. at vero in alijs caussis non adeo concedi priuilegium liquet: forte quoniam in alijs caussis socerorum, nurũque, generorumque nomina (et his datur honor) vltro, citroque non iactantur. Et hinc alia surgit quæstio, si ex alijs contractibus a nuru socer conuenitur, an condemnãdus sit in quantum facere potest. Affirmant interpretes. nam sicut cum marito agitur, ita et cum socero. d. l. sicut. sed cum marito agitur ex alijs quoque contractibus. d. l. non tãtum. Ergo. Quid cum patre vxoris? negant Cumanus, Castrensis, Iason. admittit contra Alexander. Ego cum prioribus sentio: sed quòd nec alteri socero hoc ius tribuam: et parem vtrumque facio: vterque. n. vide-

l. non tantũ de re iud.

videtur mihi parem parentis locum tenere: ob quam causſam honor iſte conceditur. Et non me monet l. ſicut, quam accipio in causſa dotis, etenim propriè cum marito agi tantùm dicitur, ſoceroque in ea causſa, ex aliis contractibus ſi agitur, non tamquam cum marito, ſocerove agitur, ſed vt cum alio. atque ita in causſa dotis loquitur d. §. vlt. l. 15. ſol. matr. et quid obſecro opus fuit illa conſtitutio Diui Pii, ſi dum agtur cum marito ex aliis contractibus, cum marito propriè diceretur agi? Aſt multa nimis de ſoceris, Patronus, patrona, liberique eorum, et parentes in id, quod facere poſſunt, conueniuntur. l. patroxus, de re iud. Quod notandum hodie pro præceptoribus, pro dominis quos vocant Feudiſte, ſimilibusque, ad quos hæc trahi iura poſſe, quæ de patronis ſcripta ſunt, & libertis, noſtrates docent. Quod tamen de præceptoribus dicitur, illud in particulari præceptore, non etiam in præceptore vniuerſitatis acciperet Alciat. quem differentem videbis in l. 1. C. de in ius voc. Atque iis, quos recenſuimus, ob reuerentiam tùm ipſis debitam, priuilegium dari, dubium non eſt. Marito & propter reuerentiam datur l. 14 ſol. matr. & puto etiam propter arctiſſimam coniunctionem: alioqui vxori aduerſus maritum non daretur, quando vxori eam reuerentiam vir non debet, atque hinc factũ exiſtimo, vt non tantùm dotis nomine maritus in quantũ facere poſſit condemnetur: ſed ex aliis quoq; cõtractibus ab vxore iudicio conuentus, in quantũ facere poteſt cõdemnandus

d.l. 16.

Euer. alii.

d.l. patronus.

nadus sit. Duo hæc vincula, & quidem fortiora maritо sunt, quæ in socero non deprehẽdimus. Sufficit tamẽ in totum ratio sola conuentionis, quæ & in persona mulieris idem seruari æquitatis suggerit ratio. Quod si maritus plus cõstituit ex dote quã facere poterat, quia debuũ cõstituerit, in solidum quidẽ tenetur: sed mulieri in quantũ facere potest condẽnatur. l. 3 de pec. const. Item etsi pacisciatur maritus, ne in id, quod facere possit cõdemnetur, sed in solidũ: pactũ seruandũ non est, quod contra bonos mores est. d. l. 14. Receptum vero & contra glossatorẽ est, dari marito beneficiũ solutо etiã matrimõio. quod ego in dote admito, nõ in aliis, tum nãq; tẽporis nulla ratio facit cõtra glossarij opinionẽ. Hæc & de vxore doceo per l. 17. §. 1. sol. matr. & d. l. non tantum. aliaq; modo adnotata. Sequor etiam scribentes in l. non tantum. sol. mat. in q;. §. item si de dote. Inst. de act. qui deneg̃at priuilegiũ si aliũde victũ non habet vxor: si de contractu agitur, qui soluto matrimonio initus est: si alia id generis accidãt. Ego plura ipsorũ dicta
C tanõ recito: potius Græcorum & Græculorum ridiculum cõmentum ostendo. vitiosã putãt in l. 43. sol. mat. istam scripturã, neque habebit mãdare actiones. & negationem expungunt. At non debet maritus neq; in solidũ eas mãdare actiones, quia sic exigeretur vltra datũ priuilegium, neq; vsq; quo sibi tantũ reliquarum superst, quantum satis est, ne egeat, quia propter incertitudinẽ earũ exigendarum adhuc vrgeri ad cessionem maritus

nõ debet. arg. l. cum ex cauſſa. 30. de re iud. Filijs, non etiam liberis Doctores deferũt hoc priuilegiũ. Bartolus etiã liberis, quem probo: nã & liberis patroni defertur: & ſi parentibus datur in infinitum, quia debetur omnibus reuerentia, & omnibus patroni liberis eadẽ ratione: quid & non deſcendentibus, ſi omnibus par debetur affectio? ſuperadditur, quod fauore excipiendũ hoc eſt priuilegiũ, vt Zas. docet in d. l. ſunt qui. & eſt diffundendũ. quod Iaſonis in ſentẽtiam Bartoli tortũ argumentũ frangit. De priuignis, alijsue talibus non eſt vlla diſputatio, illis hoc cõmodũ nõ manet? quod notat Iaſon. Quid iam in nuru & genero? Crederem aduerſus ſoceros his eodem modo ſuccurrendum, quomodo ſoceris ſuccurritur aduerſus eos. nam vt parentis locũ ſocer obtinet, ita iſti filiorum. filius item et gener æquiparati videntur. in l. ſi quis. C. de nat. lib. Atque quod de filijs in infinitũ cum Bartolo concluſimus, id et de genero, nuruque volo: ſuadente eadem ratione: adiuuãte l. adoptiuus. 14. §. vlt. de ri. nupt. Libertis, ſcholaribus, vaſallis beneficiũ non cõpetere, perſuaſum eſt mihi. De ſocio nunc. pugnant inuicem d. l. ſunt qui. de re iud. & l. verũ. pro ſoc. Antiquiores ſcribẽt ſocios omnium bonorũ in omnibus beneficio iſto frui. atque ita accipiunt l. ſunt qui. vnius rei ſocios in re illa tantũ. & ita tenẽt l. verũ. Quam ſolutionẽ laudat Zaſius et ſibi adſumit, illã ex his confirmamus quæ de ſoceris dicta ſunt, dum reſpõdimus l. ſicut. ſocius igitur omniũ bonorum, quo tandem

l. liberorum. in fi. de ver. ſig.

in l. ſi cum procuratore. de re iud.

Vide Alb. in d. l. ſunt qui

tandem ex cõtractu cõueniatur, quia vbiq; socius beneficiũ habebit: alius socius tantũ, quum ex negotio societatis contra ipsum agitur, quoniam socius alibi nõ deprehẽditur. limitatũ socij nomen limitatum pariat effectũ, vulg. l. in agris. iniquũ est, modica portioni multum tribuere l. si amẽ. de aq. plu. cũ simil. Hoc inter omnes cõuenit, dari socio priuilegium sola contractus ratione: in quo species quaedam fraternitatis eluceat, igitur non vltra, quam contractum erit. Sed ex ista ratione procedit de fratribus quaestio. si .x. socijs hoc elargiuntur leges quia societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat: certè & fratribus elargiri consequẽs magis est. Et ita tenet Ias. Tamen, quod ad fratres hoc priuilegium non pertineat, receptior opinio esse videtur. Verùm quomodo huic argumento resistimus? Tentat Zasius: nec hilum proficit, vt ego sentio. scimus, cõtendere, certare solitos de bonis fratres. §. & quod sæpe. in auth. de tri. & se. grauius multis videri fratribus quòd sua ad fratres perueniat, quàm ad extraneos. l. 6. §. 1. C. de bo. quæ lib. & alia huiusmodi de rara fratrum gratia: at si ea sunt tanti, vt tollant hoc fratribus priuilegiũ & vim propositi argumẽti non determino: magis tamen est, vt esse existimem: atque ideo sic respondeverim argumento, quod si inter fratres ius fraternitatis locum haberet, & priuilegium fratribus concedere oporteret: vnde socijs conceditur, quia ipsa, quæ inter eos est, voluntatũ cõunctio ius habet fraternitatis, at ius fraternitatis inter fratres non

§. Si vero. in Auth. de instr. ea.

§. et quoniã in Auth. de nup.

on est: ergo nec fratribus priuilegium erit. Argu-
mentũ fortiùs vrsisset, si in l. verum. prohis verbis
tum societas ius quodãmodo fraternitatis
n te habeat, *scripta hæc essent*, cum socii ius
quodammodo fratrum habeant, *similiáne*.
Credenaũ præterea fallaciã in argumẽto esse, dum
ex eo figurato genere loquẽdi ratiocinãtur tãquam
a proprio. nec. n. socij possunt propria vlla ratione
fratres eẽseri. Est tãdẽ & ea solutio, quod ius fra-
ternitatis habere isti dicũtur quodam modo: id est
eo modo quo si qui id habent, rectè sibi istud priui
legiũ vindicãt. habent autem modo volũtario, vo
lẽtes quasi fratres fieri quo modo nó habent frate-
res, qui natura sũt tales. est uerò ratio quare volũ
tario illi obstet nostra exceptio, huic necessario nõ
obstet: estque perspicua tenẽtibus vulgatã regulã
l. qui insulã. loca. Disiungo illud quodãmodo
in quodam modo. *Accipio vt nunc dicebam*
Non est paradoxon, vt alibi nomen, alibi nominis
effectus habeatur. Is quoque qui ex causſa donatio
nis conuenitur, in quantum facere potest condem-
natur. & quidem is solus de ducto ære alieno. l. in-
ter eos. 19. de re iud. pinguius. n. donatori succu-
rere debemus, quàm et, qui verum debitum
persoluere compellitur. ne liberalitate sua inops fie-
ri periclitetur. vt Paulus, & Tryphoninus scribũt. in l. 49. & seq.
& id etiam donatori datur, etsi tãtum dubium sit de re iud.
ne periclitetur. l. cum ex causſa. de re iud. datur
etsi quod ex causſa donationis stipulanti spopondе-
rat, solui constituit. l. qui id. 33. de donat. Recito

legem

legem. Recito etiam l. qui ex donatione. 12. eo. et habes limitationẽ ad id, quod de ære alieno dedu. cẽdo hîc dicimus. Itẽ miles, qui ſub armata militia ſtipendia meruit, condemnatus eatenus quatenus facere poteſt cogitur ſoluere. l. 6. & l. 18. de re iud. Militiarum genera pluraſunt: quæ elegãter a Lelio Taurello dicta ſunt in libello ſuo ad Ant. Auguſtinũ de militijs ex caſu. Priuilegium noſtrũ militi datur, qui ſub armata militia ſtipendia meruit. igitur cum Zaſio ſentio, qui ceteros milites a priuilegio excludit, & fuit Alberici opinio, qui magnus pragmaticus & id addit, quod ex facto ita pronunciaretur. ego in refutandis, qua per ſummam vanitatem in contrarium adferũtur, nõ ſum. Filiusfamilias quoque iſto gaudet aliquãdo beneficio, l. & exheredatum. 49. de re iud. l. 2 quod cum eo. ſumma omniũ caſuum eſt, ſi heres patri non fuerit, vt pro eo, quod cum ipſo quomodocumque contractum fuerit dum erat inpoteſtate, non condemnetur niſi in quod facere poteſt. id bonum & æquum ſuadet. l. 1. eo. Nec beneficiũ nõ datur, ſi in minima parte fuerit heres. l. 7. eo. at cauſſa cognita iudex æſtimabit, ſi dari debeat d. l. 12. & l. 4. eo. quod ſi exheredato ex Trebelliano hereditas patris reſtituta ſit, in ſolidũ cõdemnabitur: quia effectu quodammodo heres eſt. ſed ſi coactus immiſcuerit ſe, vt reſtituat hereditatem in quãtum facere poteſt cõdemnabitur. l. 5. eo. habet vero priuilegium filius f. & progeſta tutela. l. ſi filius f. xi. de tut. & ra. diſtr. At quæro, ſi a filio

filiof. ſtipulatus ſim & patrf. facto crediderim an hic in ſolidum damnabitur? reſpondit Paulus, damnari. Item quæro, ſi temporis haberi debeat ratio, vt ſi quidem ex continenti cum filio agatur, detur actio in id quod facere poteſt: ſin verò poſt multos annos non debeat indulgeri? reſpondit Vlpianus rationem habendam eſſe: in hoc. n. cauſſæ cognitionem verti, de qua ſcriptũ eſt in edicto prætoris. Æs autem alienum nõ detrahere certum eſt ex ſuprad. dictis, et ex l. 3. D. quod cum eo. qui et c. et l. 49. de re iud. in qua ſi eſt aliquid emendãdum pro eum legamus non: nam mutatio quorũdam magna nimis qui pro eum detrahendum ſubſtituũt non condemnandum: & id præterea falſum eſt, vt filiusf. non cõdemnetur ad ſimilitudinẽ viri et patroni. Crederem tamen poſſe phraſim aliqua ratione adprobari: at nõ laboro, quoniã rem habemus. Is tandem, qui bonis ceſſit ſi quid poſtea adquiſierit, in quantum facere poteſt cõuenitur. l. 4. de ceſſ. bon. ceſſione. n. debitor non liberatur. l. 1 et. 7. C. eo. nec viſum eſt tamẽ eundẽ vrgere ſæpius ad flebile & miſerabile auxiliũ. Aſt iongior ſecunda hæc definitio. Tertia breuis eſt. Tale beneficiũ perſonale eſt, & cum perſona extinguitur. l. 13 ſol. matr. ſoli filiof. ſuccurritur, non etiam heredi eius l. 4. §. ſoli. quod cũ eo etc. non heredibus mariti. l. 12 ſol. matr. niſi illi ſint cõmunes filij l. 18 eo. non heredi donatoris, l. 41. de re iud. ſed heredes iſtarum perſonarum in integrum tenentur. l. 25. eo. Nec fideiuſſori prodeſt l. 24. eo. ne ipſius

l. 5. de S C. Ma.

l. 4. § 2. quod cum eo.

C.

d. l. 7. & l. 8.

C. eo.

qui

quidem donatoris. d. l. 41. Prodest tamen procuratori, & defensori. l. 23. eo. & l. minor. 51. de procur. vbi de his est ratio; et quale sit ius declaratur. in fideiussore contra est, quòd fideiussor etsi obligari in plus quàm reus nequit, posse eum tamen firmiùs obligari, certum est. quod hîc fit: nam & priuilegiaria persona in solidum obligata etiam efficaciter quoad vinculum est, sed exactio ipsa non est efficax. Miror verò hoc loco Zasium dicere, modicæ vtilitatis esse istam de fideiussore quæstionem, quùm statutum hodie sit, ne ante excussos principales ad fideiussores perueniatur. etenim quæ est vtilitatis consideratio, si ista prodest fideiussori exceptio, ante reum excussum; illa etiam est postea: atque nunc dicet æquè commodè fideiussor, sibi beneficium istud deberi, quod reo indultum, atque quod est indulgendum. Fideiussori igitur priuilegium non datur, nec procuratori condemnato marito mortuo, ipsi aliter sibi prospicient. Personalissimum appellant nostrates hoc priuilegium. et quidem eo excidit, si varietur persona creditoris. l. 41. de re iud. non tamen si pœnæ ergò est variatio. l. 36. sol. matr. non si sit variatio, quæ etiam non mutet cum creditore mutato personam debitoris. ita loquitur d. l. 41. ceterùm si eadem manet cum nouo creditore persona debitoris, nomẽ: priuilegiũ adhuc debatur. Filius igitur, miles, quique bonis cessit, nulla creditoris mutatione excident priuilegio: quoniam cum omnibus ille est talis, Miles est, et qui cessit bonis est talis. contra, parens cum omnibus

Auth. presente. C. de. fideiuss.

omnibus non est parens: patronus cum omnibus nõ est patronus: &c. itaque hîc nec maneat priuilegium, si cum alijs, quàm cum filijs, & libertis nunc siet res: nã cum alijs non est persona, nomẽue priuilegarij. Quoniã verò adfirmauimus, non ineundam formam Æmilianam in condemnatione personarũ, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, sed dum ipsarum ratio habetur, ne egeant, tantum bonorum relinquendum, quãtum satis ad id sit fructibus suis: quæret aliquis fortasse, si heredi remanebunt hæc bona. Sed expedita solutio est. nec n. tollitur obligatio, quòd exigi in solidum nequiret priuilegiarius, et ad heredem trãsit, cui non competit priuilegium: adeo vt indubitanter bona defuncto relicta ab herede extorqueantur. Hinc aditus ad quartã definitionem: quæ hæc est. Omnes illa personæ isto gaudent priuilegio, vt tamen cauere teneantur, quod, si vnquam potuerint, solidum soluent. omnium sententia est, Iasone teste. nuda tamen cautione cauebunt. quod idem probat. Quare dilatoriam exceptionem esse apparet. sed et est peremptoria: quoniam post iudicatum quoque opponitur. quod mox dico. Nunc quinctam accipite definitionem. Rei iudicatæ tempus spectatur, quatenus quis facere potest. l. 15. D. solut. matr. rei scilicet iudicatæ exequendæ. nam si tempore iudicati persona non est, cui priuilegium datur, & fiat postea, iudicati actio in id, quod facere potest danda est. l. 2. in prin. quod cum eo &c. Valet argumentum a persona ad rem. Sexta et vl- in l. sunt qui. in. de re iud.

tima erit definitio casuum, quibus denegatur priuilegium personis suis. Et quidē quòd in solidum eas iudex damnauerit, non nocet. d.l.41. §. vl. de re iud. d.l.17. §. vlt. sol. matr. Conuentus actione reali non opponit. d.l.41. §. 1. vbi rationes ab interpretibus. Actione ex delicto. l.4. §.1. quod cum eo & l.21. §. vlt. re. am. l.52. de re iud. Perditur beneficium mendacio. d.l.4. in prin. & l.6. eo. si scilicet mendacium est in eo, quod facit beneficio locum. l.22. §. vlt. vbi Bar. de re iud. & l.67. §. vlt. pro soc. Perditur & ob omnem alium dolum. l. si quis dolo. de re iud. Post solutionem certè non est repetendi locus. l.9. de cond. inde. Sed an obest renunciatio? In marito negatur. d.l.14. sol. matr. Idemq; nos in parentibus, patroniscq; dicere eadem ratione non veremur. Sed & in milite, quia fauore publico id militi beneficium datur. & tum locum regula l: quod fauore, non esse, exploratum est. In donatore, socio, eo, qui bonis cessit, filio, cur diuersum non dicatur, non video. Interpretes nostri valdè ambigunt quid constituant, & variant sententiæ. Quædam & ad hunc locum pertinentia dicta ex occasione supra sunt.

Intellectus l. Mæuius. 54. de cond. & dem. CAP. II.

ERuditiss. I.C. Ioanni Kenallo Alb. Gentilis S. Ego in animum inducere meum nequeo, mi

mi Kenalle doctiſſ. vt communem omnium intellectum ad l. Manius. de cond. & dem. excipiam, qui eſt, vt ducenta illa ſint in mare deijcienda, ſi paritum volumus condicioni, quam impleri prorſus oporteat. Efficit, n. ea interpretatio, vt ius ciuile manifeſtam etiam rerum perditionem comprobaſſe, ſequutumque videatur: quod tamen ſolet & dubia iactura occurrere, atque è re eſſe cenſere publica, ſi quis malè ſua vtatur ſubſtantia. Sedo etiam quid reſpondent Marciano noſtrates, qui conditiones contra bonos mores, vel deriſorias pro non ſcriptis habendas conteſtatur? Non eſt contra bonos mores bona eo modo perdere? Ineptiſſit hominis, non Philoſophi, ingentem auri maſſam, tanquam erumnarum materiam, mari merſiſſe. & factum meritò riſerint alij, noſtriq; veri Philoſophi accuſarint. At quid ipſi reſpondent interpretes? Deriſorias ſcilicet, & ſimul turpes reijci condiciones. Verùm aliter loquitur I.C. vel quæ & vel &c. Rurſus quid ab eodē, & Papiniano ſe explicant Doctores, ſi ineptas voluntates defunctorum illi non valere adfirmant? Si ineptum eſt, quid in funus, vel circa ſepulturam impendere ſuperuacuò: an non ineptiſſima quoque eſt voluntas deijciendi in mare? Habent ſuperuacui ſepulturæ & funeris ſumptus non contemnenda gentium multarum exempla: hoc de diſſipandis pecunijs non habet, niſi egregiam illam Philoſophiam, qua probetur. Quid tamen vniuerſa interpretum ſchola? Aiunt a Marciano, Paninia-

l. 14 de cond. inſt.

l. 113. §. vlt. de leg. 1.

Papinianoq; ineptam voluntatem damnari, quæ sit in forma dispositionis prolata: at prolatam in forma conditionis non improbari. Itaque si iubeat defunctus ducenta heredem in mare deijcere, obtemperari non oportere volunt. & contra, instituto sub conditione, si tales sumptus (superuacuos) in funus & sepulturam confecerit, parere eum conditioni debere: pariterq; scriptum heredem, si ducenta deiecisset in mare. Quid ad ista Kenalle eruditissime? Ego magis probo Baldi enunciatum, vt nequeat id in condicione quis ponere, quod disponere non potest. atque ideo, si ea, quod fatentur, dispositio reiiceretur, respui & condicionem necesse est. Non me latent discrimina, an quid pronunciatum sit per condicionem, vel simpliciter, cum subtilitatibus id generis aliis: at hîc propter sententiæ absurditatem obtinere nihil posse videntur. Ob causas quoque leuiores, quod nosti optimè, remittunt alias condiciones iura ciuilia: & insanam istam probabunt? Ego dixerim non implendam. Contendo id Iauolenum non sensisse. ait: quid. n. interest, nihil omnino in proposita quæstione: nam vt mari non quæritur, ita nec incapaci, vt maris ineptitudo non faceret, quominus implenda condicio esset, ita nec faciet hominis incapacitas. De hac incapacitate ibi quæstio est. Huc & alterum spectat exemplum eius, qui loco aliquo ponere inssit. Condicio dandi Calimacho, cum quo testamenti factio non erat, videbatur non implenda, quia ei daretur, cui dari

in l. 1. C. de cad toll.

minimè

minimè oportet. Sed ait Iauolenus, parendum condicioni, quia nummi non magis Callimachi sunt, quàm maris. Similitudo iam deducenda vlteriùs non est, quàm ad quod inducta est a Iauoleno: nec .n. progreditur .non ergo, quia condicio dandi Callimacho impleri debet, altera debet etiam proiiciendi in mare: nam vnum erat, quod videbatur prioris impletionem negare: ne incapaci quæreretur: id vnum & alterum moratur, ne posteriori pareamus condicioni, quoniam contra bonos mores, derisoria, inepta est. Ea verba, quid.n. interest, in vniuersum mihi non faciunt casuum paritatem: sed in eo tantùm, cui adiecta sunt: vt pluribus exemplis in medium productis ostenderem, si cum viro iuris peritissimo sermo mihi non haberetur. in l. Mæuio. adiecta sunt illis, licet nummos non faciat accipientis. id est, licet verum sit, huic adquiri non posse. quid .n. interest, &c. id est, nec. n. huic adquiritur magis, quàm mari. Altera, quæ sequitur ratio, neque. n. illud & alteram tollit difficultatem, ne vel datum huic ex testamẽto sit: nam & nec testamenti nomine perueniet ad eum istud. Ita nec effectu adquisitionis, nec nomine dationis ius læditur implendo conditionem. Adiungerem hîc, quod dicere soleo de iisdem verbis ad l. 1. de leg. 2. Sed tuam definitionem magis audire cupio, quàm longiorem tibi meam recensere deliberationem. vix .n. dici potest, quantum ego studiis tuis, quantum doctrinæ, iudicioq; deferam tuo.

l. 7. §. 8. qui. ex ca. in poss. ea l si heredi- tas. §. vult de test. tu.

c. vlt. supra lib. 1.

Bal. in §. in primo C. de ca. tol.

tuo. Dicerem pro intellectu communi, quod qui ad actionem consequendam, quò sub conditione instituitus adspirat, difficilius peruenitur, quàm se tueri quis possit, quod alteri grauato cura est, cum ratione positum discrimen inter condicionem l. Mauio. & dispositionem alterius. Similia adiungerem. Sed omnia quanti? Tu igitur, quid sentias, doce, ac Vale.

Aureæ & alterius metalli pecuniæ non idem ius.

CAP. III.

SCio nummorum formam, materiamue in ipsorum valore constituendo non expendi:

lib. 5. Eth.

scripsit. n. Aristoteles, nummum non natura, sed lege censeri. id est, tanti esse, quanti esse lex iubet ac eo lata. Nam ferri rogatione monetam solitam & Galenus ostendit lib. 2. de puls. diff. Tamen ipse crediderim, pro nummis aureis, nisi quid aliter acti sit, argenteos solui non posse. Quod. n. vbique seruat suum valorem, id procul dubio pluris est, quàm quod potestatem suam locis quibusdam retinere potest. at moneta aurea, cuius cuius ipsa sit principis, vbique terrarum exponitur: argentea raro extra fines illos, vbi cusa est: idque communiter videmus. Ergo est aurea moneta maioris valoris. Simile fuit argumentum Ciceronis pro Archia & Græca lingua. Hanc scilicet

scilicet pluris esse, quàm Latinam: quòd suis finibus, & ijs angustis ista teneretur: Græca pateret latissimè. Simile alterum in Murænia-na aduersus eius temporis iuris prudentiam, quæ portis Romanis claudebatur. Dicere etiam solitus est Phocio, idem orationi conuenire, quod nummis, qui eò essent præstantiores, quo in minori materia plus valoris complecterentur. Ut verò, hinc arrepta occasione dicam aliquid extra propositum argumentum. Id sanè alterum est, quod in istis meis lucubrationibus præstare conor, vt verbis paucis res multas complectar, nec videor mihi in vitium propterea obscuritatis incidere: quoniam haud rudi, oscitantiúe lectori scripta mea difficilia non sunt: si ordinem habent, nec a Latinitate sunt vsquequaque aliena. Vt verò doctis non scribo, ita nec stomachis, capitibusúe malè affectis medicinam adferre, aut etiam placere cupio. Studiosis, & ingenioſis adolescentibus velim mea probari, vtilitatiqúe esse, quibus & exarantur solis. Atque hactenus ab instituto. Quod de nummis concludebamus, id ex locorum consuetudine potest verum non esse. Ecce enim apud interiores Germanos argentum magis quàm aurum, refert Tacitus, in pretio habitum. & in agro Piceno argenteam pecuniam fieri pluris, rationis est: quoniam auream non accipiunt in tributa, oneraúe alia, quibus iugiter & in immensum subditos affligunt, Papæ ministri. Plut. De mor. Ger.

Quid Sparta? Vbi ferrea, eaq; ineptissima mone-
Po. lib. 6. Pl. in Lyc. *ta solùm in vsu fuit, Polybio, & Plutarco testi-*
bus. At breuem esse decet in leuioribus.

Ad tit. Inst. de seruit.

CAP. IV.

ITer est, quà quis pedes, vel eques commeare potest. *L. 12. D. de seruit. rust. prad.* *Quî igitur non est (vt hoc tit. dicit Inst in.) ius agendi iumentum? Iumentum agere est pellere illud ante se. Quod cum onustis fit, vel aliás quũ iumenta ipsa aliò traducuntur. Paulo in l. 7. eo. iumentum ducere idem est. quis n. iumentum dicit, & non equum, quod homini gerendo est?*
H. *Quæ longè distant ab equitis commeatu. Nugantur igitur, qui in contextu Institutionum* ar mentum *pro* iumentum *reponunt: inepti scilicet illum iurisconsultum cum Imperatore nostro aliàs cõciliare. Et nugantur iterum, dum eandem emendationem mox iterum obtrudunt in Actus definitione. Aiunt duci vehiculum sine iumento non posse, quare vehiculi mentionem factam satis. Verùm, o bone, num vehiculi species non est, quod sine iumento ducitur? est, quod videmus vnius rotæ. Lectica est vehiculi genus: eam non exegisse iumentum, liquet ex l. si ex toto. de leg. 1. An etiam currus duci vel a puellis non vides Vindelicorũ Augustæ? Tamen non in his maneo:*

quare

quare nec sum diutiùs. Sed cur vehiculum dixisse satis, etsi siue iumento istud non ducitur? An igitur ei & iumentum agere licet, qui vehiculum ducere potest? At vt duplex huic commoditas ex tua determinatione, ita altera atque altera seruitus imposita prædio erit: & de vna tamen cautum est. Aio, futurum, vt iumentum agere nequiisset, qui vehiculum ducere poterat, si de iumento etiam non dixisset definitio. & contra. Maneat itaque libris omnibus recepta littera, ipsam quidem vocem interpretamur ex l. in vsu. de verb. sig. id quod diserte etiam Paulus scribit, vt liceat iumẽta quoque agere plura, nec iumenta sola, sed & armenta, atque ideo animalia omnia, quæ armenti esse dicuntur. nam ita d. l. 12. actus verò, vbi & armenta traijcere liceat. *Verùm quia armentum de maioribus est, grex de minoribus animalibus: an qui ius habet armentum agendi, is & agendi gregem ius habet? Videtur, argumẽto ducto a maiori ad minus adfirmatiuè. In contrarium facit, quoniam hanc seruitutum tractationem strictissimè tractandam existimo. neque illud argumentum hîc valet, vbi in diuersis speciebus sumus. & propter capras, porcosq; animalia agris inimiciora; quæ gregis sunt, non armẽti. Hinc nulla omnino in Georgicis Virgilio (vt ipse, quod quærunt alij, censeo) mentio alterorum. Itaque sic concluderem: vt si ius datum sit, armentum ducendi, gregem ducere non liceat. quemadmodum opinatus sum, ei iumentum agere non*

l. 7. de ser. rust. prę.

Vide Ouid. Meta. lib. vlt.

Vict. in var. lec.

non licere, cui vehiculum ducere permissum est
Et l. d. 21. quē seru. amitt. *licet vehiculum sine iumentis non ducatur: quia si scilicet modus adiectus seruituti sit, iuxta l. 4. de seruit. at si Actus competat, huic & armentum, & gregem traijcere licere ex vi verbi omnino dixerim. Subtiliora verò hæc sunt, quàm vt proponi in istis libris debuerint: vbi exploratiora tantùm attinguntur. Quare nec mirum fuerit, quòd non iumentorum, non armenti, non gregis, sed solùm iumenti mentio facta est in nostra hac Actus definitione, id enim est omnino frequentius, vt onus agatur, quàm iumenta, armenta, greges. Sed de Actu satis.* Via est ius eundi, & agendi, & ambulandi hominis. *Pro* eundi *substituit Hotomanus, & ante ipsum alij,* vehendi. Connanus. *alioqui, inquiunt, supernacuè adiectum* ambulandi. *Nos quid si ita? Via est ius eundi, & ambulandi hominis, & agendi. Sicut enim superfluum non est verbum ambulandi in definitione itineris, ita neque hîc erit.* Agendi *verbo, hîc simpliciter posito, & actum iumenti, armenti, gregis, vehiculi, omniumque, quæ aguntur, comprehendi adfirmarem audenter, & lapidis tractū, tigni, ac rectam gestationem hasta.*
l. 7. de seru. rust. prēd. *quæ omnia Viæ sunt. Neque enim huic adsertioni, quæ vi verbi nititur, contrarium est, quod scribitur, agendi gratia non fieri eam gestationem, quodque verbum* trahendi *ab* agendi *verbo diuersum ponitur a Iurisconsultis. nam hæc sunt de verbo* agendi *in Actu, non absolutè,*

tè, vt nos hoc loco accipimus ſecundùm latitudinem ſuam. Hoc mihi verum videtur, & rectius, quàm ſi vehendi *verbum ſubſtituatur. nec enim vis vocabulorum in iſtis definitionibus conſideratur: vt præſtet eo verbo etymon Viæ adijcere; ſed vis ac poteſtas iurium explicatur. & hac poteſtas explicatur in definitione iſta rectiùs ex verbo* agendi *latiore. Nunc tentemus, ſi littera nihil immutata iuſtum elicimus ſenſum reliquorum. Scriberem plus eſſe, aut certè aliud in verbo* ambulandi, *quàm in verbo* eundi: *at ſeruitus imponi non poteſt, vt ſpatiari (ſi id eſſe crederem ambulare) in alieno poſſimus. An igitur* ambulandi *verbum diſtare a verbo* eundi *hîc cenſemus, quod qui ius eundi habet, is quà primũ ierit, eà demum debeat ire, nec ampliùs mutandi itineris poteſtatem habet, qui verò ambulandi ius tenet, iſte eo facto non diſtringatur vni loco Suadet hanc differentiam quaſi natura ipſius verbi* ambulo: *quod quandam variandi ſignificationem habet. vt hinc ambulatoriæ dicantur vltimæ voluntates, & alia variabilis voluntas etiam ambulatoria. Et ratio diſcriminis ſit, quoniam ambulare hominis (vnde minus, ac fortaſſe nullum incommodum in variatione) tantùm dicatur, ire etiam equitis: & ideo additum hîc hominis nomen ſuſpicor a Triboniano: quod in l. 1. de ſeruit. ruſt. præd. poſitum non fuerat: vbi idem Vlpian.* Via eſt ius eundi, & agendi, & ambulandi. *Qui tamen iter habet*

l. vt pomum. de ſeru.

l. ſi cui. eo.

l. 4. de adim. leg.

l. 32. §. 2. de do. int. vi. & vx.

habet vtrunq; ius & eundi, & ambulandi habet. Et non propterea superfluum est in Itinere, aut Viæ definitione verbum ambulandi: quoniam quod de iure eundi scriptum est, mutationem non admittere, id minus est, quàm in iure ambulandi. Ita omnia retinemus. & ita ego teneo donec melior non adueniat sensus. At quæ est (id nunc sequitur quærere) inter Actum & Viam diuersitas? Duarenus re ipsa nullam agnoscit. Nos ex iam dictis ostendimus. Ad alias igitur progrediamur, quæ supersunt, difficultates. Neratius in l. 2. de seruit. rust. prad. ait, rusticorum, prædiorum esse seruitutem licere altiùs tollere, & prætorio vicini officere. Hîc vrbanis adnumerari videmus. Vel Neratij (inquit Hott.) ἁμάρτημα μνημονικὸν, vel librarij peccatum oportet fuisse in l. 2. Addito duo hæc componendarum antinomiarum genera reliquis, quæ libro primo harum Lectionum notaui cap. 13. Et ii me diutiùs exercebunt? Et in horum iuris imprudentia detegenda diutiùs ero. Satis hactenus datum his studiis, me meliora vocant. Seruitutes alio atque alio nomine censentur ob aliam scilicet atque aliam rationem. & quæ rustica vno loco dicitur, eadem alio vrbana appellabitur. Sume ex loco, qui seruitutem debet, ipsa erit (fingamus) rustica. Eadem ex loco, cui debetur, vrbana erit. Item ex se ipsa potest adhuc vrbana esse, vel rustica. Exemplum. Per tuam domum iter in meum agrum debetur. Si locum seruientẽ inspicimus, habemus

lib. 1. Disp. c. 31.

hîc

haec seruitutem vrbanã. atque ita quidem probat Iulianus in l. iter. comm. prad. si dominantem inquiemur, rustica est. Ex se rustica est: vt communiter quoque dicitur. Conuerte exemplum. & rustica est seruitus ex loco seruiente: vrbana ex dominante, id, quod Paulus docet. & in l. pater. de seru. leg. nit glossarius viæ esse seruitutem, si debeatur ad domum. Cape & in Aquæductu. per domum transductus, vrbana dicitur seruitus. l. si ego. de Publici. pone vt per agrum ducatur, an non erit rustica? Ex se rustica est. Ita igitur rusticas seruitutes a Neratio dictas, licere altiùs tollere, officere prætorio vicini, cloacam habere licere per vicini domum vel prætorium, vel protectum habere licere, non ex loco seruiente, sed ex altero, cui seruitur, vel ex se. Ex se dico seruitutis ipsius, nihil considerato loco siue seruiente, siue dominante, essentiam, constantiã, qualitatem. Ecce calcem coquere, arenam fodere, similesq; manifestò ex se sunt rustica: nam rustica facta sunt. Ausim verò & quartam denominandæ seruitutis rationem credere ex iure, commodoúe aucto, deminutoúe. si quidem nihil aliud mihi seruitus esse videtur quàm prædij vnius ius imminutum in alterius prædij gratiam. & sicut familia vrbana & rustica genere, hoc est, qualitate distinguitur: ita distinguatur & seruitus, addo illa. Quid aliud sunt iura prædiorum, quàm prædia qualiter se habentia? Vt quid aliud sint seruitutes, quàm prædiorum qualitates deminutæ?

in l. seruitutes de ser. rur. prad.

l. vrbana. de ve. sig.

l. 88. eo.

Constitue

Constitue ergo rusticam aliquam qualitatem vel auctam, uel imminutam in Neratij exemplis: et rusticas seruitutes ille rectissimè dixerit. Quid, puta, si ex prætorio, cui nunc officitur, in vineas prospectus patebat, quas dominus ita benè, commodéque tueretur? Rustica seruitus hæc ob rusticum commodum imminutum. Restat ad hunc titulum difficultas in illis verbis, vel non recipiat. *Sunt enim qui cogitent delere: quoniam huius seruitutis exemplum nõ expediunt. Nos in ea aqua ponimus, quæ flueret in meam cisternam ex stillicidijs, ex ædibus tuis, nisi tu illam reciperes, id quod mihi incommodum est, igitur seruitus constitui potest, vt non recipias. Et seruitus hæc potest etiam esse rustica. atque in aridis frequens regionibus. Nam scribit Aggenus, quærelas nullas occurrere in Africa sæpius, quàm propter aquarum in agrum vicini impeditum descensum. Ista, vt non recipiat, vt nõ impediat, tum rustica erit seruitus, si fuerit constituta. nam aliàs sitientibus agris nostris, &c. l. 6. C. de seruit. Ad rem facit l. questiens. D. de seru. l. si in meo. de aq. plu. & l. 1. §. sicut. & § ijdem aiunt, aquam. eo.*

C. lib. 2.

Satisfacimus quibusdam Hotomani notis ad tit. Inst. de vs. & hab.

CAP. V.

Ridiculam Triboniani stultitiam Hotomanus dicit, quòd Neruæ repudiatam senten-

l. plenum. §. 2. D. eo.

sententiam eo in titulo Institutionum tradiderit de rebus, quibus est ius vtendi. Nos ex vno hoc loco liquere posse adfirmamus, quàm sint hi nouitij iniustè maledici, & quàm etiam infantes in ista, quam profitentur, legum interpretatione. Nec enim a Triboniano reponitur in titulo nostro Neruæ sententia: nec disputatur, quæ sint res in vsu: verùm quod ius ijs in rebus vsuarius habeat. Ha diuersæ sunt quæstiones. In priori versabatur Nernæ deliberatio. qui & præter adlatas a Triboniano res, hortum adhuc ponebat & aquam. De posteriori agit Tribonianus. Minus iuris est in vsu, *ait*, quàm in vsufructu. namque is, qui fundi nudum habet vsum, nihil vlteriùs habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis, lignis ad vsum quotidianum vtatur. *Nihil vlteriùs habere intelligitur, quàm vt ad usum quotidianum vtatur. Hoc definit solũ Tribonianus. Non sentis ex ipsa dictione? Si res voluisset notare, an omisisset alias? Notauit quasdam, nam loqui eo modo oportuit, vel isto,* Nihil vlteriùs habere intelligitur, quàm vt ijs rebus, quibus vti ius est, ad vsum quotidianum vtatur. *Atq; interim non ita loquutus est, qui res quoq; voluit aliquas indicare. Age alia ratione calumnias hominis detegamus. Differentia notatur a Trib. inter Vsũ & Vsumfructũ. Sed ad vsumfructũ nõ traditur, quibus in rebus vsuf. habeatur: at quatenus se extendat vsufructuarij*

potestas

poteſtas in illis. Quum is, qui vſumfructum habet, poſsit hæc omnia facere. *Ergo & quod de vſu docetur non res ſpectat, quibus vti vſuarius queat; ſed quæ in his facere valeat. Ergo diſcant modeſtiores eſſe nouitij, ſi non poſſunt eruditiores. quamquam neutrum ſperandum eſt. Verè ridiculæ ſuccedunt eiuſdem interpretis animaduerſiones. Ait locum Vlpiani ſententiæ nunc non eſſe dicentis, vſum ædium, & habitationem effectu eadem eſſe: quum locari hodie habitatio poſsit ex Iuſtiniani conſtitutione. O homines diligentes, atque fideles.* Et effectu quidem idem pænè eſſe legatum vſus & habitationis, *Vlpianus ſcribit.* pæne eſſe. *Adhuc igitur locus ſententiæ Iuriſconſulti: quam interpres non benè legit. Pergit, & mirum eſt, inquit, quid Iuſtinianum induxerit, vt vſum ædium locari non permitteret, habitationẽ permitteret. Reſpondemus, ius vſus patere latiùs, quàm habitationis: qui. n. rei vſum habet, is & non habitando vti re poteſt. quare nec tanta ratio fuit in iure vſus ampliando, quanta in iure habitationis eſt. quum ſi alteri locari habitatio nequiret, & is, cuius eſt habitatio, habitare non poſſet; inutilis habitatio redderetur. quod in vſu non accidit. & ſemper poteſt vſuarius ad aliquid re vti. & ſemper igitur vſus homini ad aliquid vtilis erit. Propter rerum igitur vtilitatem habitationis permiſſa locatio: vſus non permiſſa, quoniam iſte adhuc vtilis. Vides igitur Hotomane nunc, cur habitatio locari poſsit. Nam*

Locum antiquitas. C. eo.

quod

quod de commodandi quoque potestate addis, vereor ne ineptissimum sit, vbi n. tu legis, commodari habitationem posse? Vinianus non de incorporali hac loquitur habitatione, sed de corporali, in l. 1. D. comm.
dum habitationem commodari posse ait contra Labeonem namq; disputatio est, qui res soli commodari posse negabat. inepta autem probatio esset hec. Potest commodari habitatio ex Viviani sententia, hoc est ex Hotomani sensu, ius habitandi, de quo loquitur titulus noster. Ergo contra Labeonem verum est, commodari res soli. *Nec.n. quod rem soli teneat commodatarius, propterea verum est, rei soli commodatum esse. Sic itaque disputat Vlpianus.* Et res soli commodatur secundum Cassium, amplius etiam & quæ solo continentur, vt Vinianus existimat, id est, res immobiles cuiusque generis. *Ceterum si placent adhuc sua interpretationes ipsi, age, in rationibus hominis satisfaciamus, quas non agnoscit. Donari habitatio non potest, quia ratio non sit, vt a persona abdicetur. quod per donationem fit, non per commodatum. Rursus, locari habitatio non posse videbatur: quoniam vsusfructus videri poterat. id quod in commodato non contingere, credi valuit.*

Exornatur l. verbis legis. D. de verb. sig. CAP. VI.

VERBIS legis duodecim tabularũ his, VTI LEGASSIT, SVÆ REI ITA IVS ESTO, &c. *Ita sunt verba legis interpungenda. & cessant Vaconij, cessant Contij solicitudines: interpretationes nescio quæ, & emendationes. Exornanda hæc lex est ex Solone Plutarchi, & Platonis vndecimo de legibus. Ait Plutarcus, legem, qua eam libertatem testatoribus dedit Solon, in honore præ ceteris suis legibus maximè fuisse: quum non licuisset antea relinquere extra familiam bona. At Plato legis istius latores molles appellat, & legem vituperat, quoniam via facta dolis, & illecebris ex ipsa sit. Scribit, delirare omnino nos, & fracto iacere animo morituros: quare necesse sit, singulos multa, & inter se diuersa, & legibus, & viuentiũ moribus, & suis ipsorũ maioribus contraria constituturos. Atq; vera loquitur vir diuinus. adstipulatur scilicet ei non vno loco Iustinian. noster, & narrat Hieronymus, reuocatã tẽpore suo l. 1. C. de sa. ec. quod odiose clerici morientiũ hæreditates captarent. Quid de morientiũ prodigalitate dixerim? Notauit Aristoteles, atque nobis Laertius retulit. Sed & tanquã de re manifesta loquitur Tacitus dũ li. 2. hist. de Othone scribit,* Pecunias distribuit parcè, nec vt periturus. *antea verò.* Difficilius est temperare, qua te nõ putes diu vsurum.

V. lib. 4. decl. 55. num. 5. C. ibi.

in Auth. de tri. & sem. in l. Paulus D. ad Treb. Epist. 2. to. 2.

ſurum. Verũ teſtamentorũ iura firmiùs & So-
ni, & noſtris conſtituta ſunt, quã vt hiſce repre-
henſionibus vel nutent quidem. Fecit liberã volũ-
tatẽ Solon, noſtriq; faciunt in re iſta, ſi filij teſta- Plut in vi. A-
mẽti non extẽnt. id quod & Spartæ quandoq; obti- gid.
nuit antequã ſcilicet Epitadeus Ephorus filio indig
natus rogationẽ tuliſſet, ne quis cogeretur filiis he-
reditatẽ relinquere, ſed liceret dare omnibus, qui-
bus vellet. Animus ſcilicet peritè, vt filios õnes idẽ
attingeret incõmodum, quos eadẽ cũ Ephori filio
cauſſa nõ attigiſſet. Sapientiùs in cauſſa libertorũ
Claudius, ne pars cõſtringerẽtur pœna, qui pariter
non deliquiſſent: vt lib. 13. ann. videre apud Taci-
tum eſt. & in propoſito Legiſlatores noſtri egregiè,
qui ob multorum ingratitudinem filiorum, non
ea, quas Ephorus laxarant contra omnes filios
conſtricta volũtatis habenas, ſed cauſſas poſuere,
propter quas filii exheredes fieri valeant. Aſt a
Solone non abeo longiùs. Si morbo ingraueſcente,
medicamentorum vi impellente, vinculis, crucia-
tuue coactus, aut coniugis ſuaſionibus, & blan-
ditijs quis inductus teſtamentum condiderit, ra-
tum hoc nõ habebat Solon. Rectè ſcilicet (vt Plu-
tarchus docet) & ſapienter exiſtimabat, præter
decus aliquid ſuadere, nihil a vi & neceſſitate diſ-
ferre, & in eodẽ cum neceſſitate fraudẽ, in quo do- Vide. l. non
lorẽ cũ voluptate cõiungebat: quæ omnia homine enim de in-
amente, & ratione diſtraherent pariter. Ita non off. teſt. & §.
obloquitur Soloni, noſtriſue hoc tẽpore Plato: nam ſiue igitur. in
et noſtris coangustata magis illa poteſtas eſt, niſi ſi Auth. vtcum.
de. app. co.

in eo non est, quod blanditijs nos aditum non præcludimus. l. vlt. D. si quis ali. test. prohib. Verùm hæ nõ illecebræ sunt Platoni, Soloniq; inuisæ. Malitiosas officiorum blanditias (ex Cic. li. 3. de off. liquet) & illi vituperant, nec nos probamus. Hic quæritur oportunè, cur ea testandi potestas legibus data. an fuit necesse, a lege dari? Fuit, & ita cum antiquis interpretibus libentiùs ipse acceperim. l. 3. D. qui test. fa. poss. vt testamenti factio non priuati, sed publici iuris dicatur. quia non ea facultate priuata, qua viuentes de rebus nostris disponimus, sed facultate nobis elargita a iure facimus testamentum. deliberamus enim in id tempus de bonis, quo domini futuri non sumus. ea siquidem vt nostra sunt occupatione, ita desinunt esse nostra quando non tenentur a nobis. Reuardus somniat.

l. vlt. C. eo.

Glo. in l. illa institutio. de her. inst. Cast. in d. l. 3.

lib. 5. Var. c. 12.

Explicantur quædam in tit. D. de bo. poss. CAP. VII.

BOnorum appellatio aut ciuilis est, aut naturalis. naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant. l. 49. de ver. sig. igitur non naturaliter accipitur illud verbum in l. 1. de bon. poss. ciuiliter igitur, nisi est tertia adhuc appellatio. Ratio diuersi istius iuris mihi videtur, quòd natura res considerat, quales sunt: ciuitas verò per eum modum, quo magis expedit. Nec verò dubium est, an ciuilis appellatio non expediat magis, si nunquam

quàm ex naturali appellatione bona inuenirentur. Quid.n. quæ hereditas vel offertissima sine aliquo onere? Sic itaque ciuilis appellatio non tenetur, vbi alias commodè potest naturalis locum habere. nam veritas in naturali est. atque ideo non semel legimus, bona alieno ære deducto dici. plerunq; tamen bona ciuiliter dicimus & rerum, commodorumq;, & incommodorum vniuersitatem, & quasi corpus. l.3. de bo. poss.l. bonorum. 208. de ver.sig. sic in omnibus titulis, qui pertinent ad generalem hunc nostrum, sic in titulis aliis admodum multis, non solùm in priuatis locis, quos, superfluum est, recitare. Qui certus, planusq; sensus est initij d.l.3. Vt nesciam quid sibi velit Cuiacius, qui illud a nemine rectè explicatũ quandoq; credit. Ego enim a nemine non intellectum, nisi ab ipso, sanè opinor: qui ea verba, vt plerunque solemus dicere, non ad illam differentiam naturalis & ciuilis appellationis referre videtur: quò manifestè pertinent: sed illuc, si hereditatis possessio, quod idem est, an bonorum possessio plerumq; dicatur. Emendationem, quia nihil in re mutat, non moror. Sed est in ead.l. 3. in §. pe. ratio. quæ (vt dicunt nostrates) eadem cum dicto esse videtur. Disponenda ita est. Caussa cognita non alibi, quàm pro tribunali, bonorum possessio datur: quia in ista cognitione decretum requiritur: idq; de plano non interponitur: vt neque caussa cognita bonorum possessio alibi, quã pro tribunali dari possit. In l.7. §.1. eiusdem tit. sunt

l.nõ possunt. D.de iu.fis. &c.

lib.4.Obs. C.16.

sunt qui deleant vocem quia. *at nos retinemus & eam rationem enucleamus in hunc modum. qui possunt aliis petere bonorum possessionem, quoniam illi iudicio carent, horum petendi potestas est illorum impotentia. tales autem tutores sunt & parentes: nam petunt, quia pupillus & infans non potest. Igitur quia id constat, petere parentes posse, & tutores, illud quoque probatū est, nec infantes, nec pupillos posse. Hîc repono, quod effugi c. 4. lib. prox. de Pedio, & libris eius. Licet suspicari, illos ad edictū scriptos, nam in l. 6. huius tit. citatur Pedius libro 25. ad edictum. Sed & illi consultorum nominibus Licinnium Lucustam addo Proculo coetaneum. ex l. 48. de leg. 2. Sunt enim eo nomine censentur magis alii multi, si nihil amplius, quàm iste, præstarunt? At plures forte huius ordinis etiamnum restant.*

Historiola de Miliario. de lapidibus, quibus singula millia passuū signata erant. De vrbe aratrum passa.

Cap. VIII.

Albericus Gentilis Richardo Paeno S. Rid. Abis, mi Paene, credo, & tu, & Primus, & tota ista elegans cohors vestra, an dicam somniū certè, vt audies, somnio rem valde similem, proximamq;. Deambulanti mihi proximis his diebus in æde Pauli homo, nescio sanè terrarū vnde, factus obuius est, ac post verba admodum panca,

illa

illa scilicet, quibus cum homine incognito solemus congredi, ita me est effatus. Quaeso, quid est Miliarium in l. mille passus. de ver. sig. Cur miliarium centesimũ aliquãdo dicitur centesimus lapis? Quid vrbs aratrum passa in l. 21. qui no. us. amitt.? Restiti ego multa cogitans. Respondendum erat discendi cupido. Ridendus fui, si iocum venerat de me sumpturus. Disputaturo parcendũ non iudicabam. Os, habitus, sermo ipsius nullum dabat iudicium in partem aliquam. Omnia illa inesse homini videbantur, & inesse simul eorum nihil. Sed excussi statim (& fuit quidem leuissima) suspicionem, ne iste iocari mecum voluerit: atque verbis ita attemperatis, vt medius inter docentem, et disputantem videri possem, data etiã occasione, dum recuso dicere, rogandi sapius: tandem, quod iam notum & pueris est, Miliarium fuisse columnam respondi, auream dictam, in capite fori sub Saturni ædem, in quo via omnes Italiæ incisæ terminabantur: positam ab Augusto magistro viarum electo, quæ ad vrbẽ ducerẽt. Et hæc perspicua ex Dione, Plutarco, Suetonio, Tacito, aliis esse. Milion in constitutione Zenonis de nou. oper. nõ Miliarium, nuncupari. & Dio etiã Milion dicit. Vt ridiculi sint, qui Miliariũ apud Zen. cogitarũt Græcis reponere, quòd Miliarium Latini scribãt. Risit bonus, atq; Habeo te, inquit, Gentilis. Ecquid me ista nõ doces, quod fieri posse iactas, ex libris iuris? ecquid tu alios libros legis? Heu, heu, mi Paene, non tibi dixi, incertũ me, quã

in l. mille passus. de ver. sig.

in l. 1. de off. præt. vr.

D. lib. 54. P. in Gal. S. in Oth. T. lib. 1. hist.

homo respiceret? Iam ecce sentis, tria illa voluisse omnia, & eorum etiam nullum. Quid hoc tentamenti est? Resumo ego, Habes me: Sed & hæc est mearum adsertionum alia, vt si quid ex libris iuris cognosci nequit, id nec iuris professoribus nocere incognitum. Plena est definitio in d. l. mille passus. & sine his verbis, non a miliario vrbis. *quare nec intellectis boni erimus etiam eo loci iurisconsulti, vt alii omnes fuere antequam vox ista cum Florentinis libris prodierit. Verùm o bone audi, ecquid si non de columna acciperem miliarii verbum, sed de ipsis mille passibus, ipsa itineris mensura? An vel inepta prorsus, vel dura interpretatio videretur, si dixerim a miliario vrbis esse, a loco, vnde numeratur miliarium vrbis? Tum & hoc etiam verbi teneremus sine historiis. At in secunda quæstione tempero mihi ab eo respondendi genere, nec dico a Tib. Gracco dimenso viarum spatio, singulis miliariis columnas lapideas spatii signa præferentes constitutas, similiaq́, quæ ex Plutarco possum, & aliis: sed illud dico, quod etiam aliquando scripsi, satis, superq́ iurisconsulto esse, verbum ipsum intellexisse, licet verbi rationem ignoret, quod nostræ artis nõ est. Verùm quid tu mihi hîc non ostendis, cui bono sit definitio l. mille. miliariis dimensis? Ita ego, quum ille, Ad l. 21. te voco, ait: vnde te non tam facilè expedies, vt opinor: nam lex sine illis verbis non constat. Quid si me hodie viceris? inquã. Sed amabò recita tu illam legem: ego enim vix*

In Cat. & Pomp.

sup. lib. 2. c. 6.

teneo.

teneo. Mi Paëne, narro tibi, hanc moræ rationem interposuisse, vt aliquid, in re videlicet pero quam trepida, commentari possem, vnde tentatori satisfacerem. Nam quid putant nuperi isti? me ad libros iuris accire infantes, & totus Latinæ linguæ ignaros? missos a scholis triuialibus voco. & in his scholis hæc maximè trivialia quis non didicit? Non Horatius, non Virgilius, non Cicero, non alii, qui ista ponunt, pueris prælegi a Grammaticis semper solent? At ille iam legem recitauerat. & ego, probè inquam, & ex libris nostris expediam me in hoc altero periculo. Scriptū in iure (locū non memini) est, in vrbe condenda, aratrū solitū adhiberi. Sed in hac tua lege non de cōdēda, verū de euersa dicitur: de mortua. n. dicitur, & ea, quæ esse desiit. cumq; nihil tam naturale sit, quàm eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est: statuo & in euertenda vrbe aratrum solitum adhiberi, & adhibitum esse signum euersæ. Et hodie salem seminare solent. Homo me valere iussit. Sic in ipso contentionis (vt ego opinabar) principio potuit, qui me seruandum suscepit, Apollo finem inuenire. Tu modo cogita, si somnium hoc est, & si ille homo fuerit, an phantasma aliquod: atque ad me rescribe, quid statuas: nam ego vix extrico. Res ita se adamussim habuit. Mihi nihil respondit, nec in quæstionibus, quum facile fortasse posset, nec in reliquis, quæ produxi. Vale.

In Pau.

Plut. in Romu.

in l. pupillæ de ver. sig.

Guicc. lib. 1

Par.

Partes quando viriles, quandoúe hereditariæ debeantur. Communis opinio recenſetur, & confutatur.

Cap. IX.

ILla eſt non communis tantùm, verùm etiam omnium ferè in iſta quæſtione interpretum opinio, vt facta propriorum nominum expreſſione viriles, appellatiuis adſumptis hereditariæ debeãtur. Ita Bar. & alij in l. turpia. §. vlt. de leg. 1. & alijs pluribus in locis. Atque eam veram dicit Ias. in d. §. num. 3. etſi priùs, iure non probari, latè oſtenderit. Præcipuum autem huius aſſertionis fundamentum habetur in l. quotiens. 23. & in l. ſeq. D. ad Treb. ſi enim expreſſio propriorum nominum, vbi alias hereditariæ deberentur, facit æquales deberi: quid ni id faciat in re dubia magis? Additur l. ita liber. 8. D. de ſtatul. vbi ex Labeone ita. Si nomina duntaxat heredum in teſtamento poſita ſunt, viriles partes eis dandas. Si verò ita, ſi heredibus dederit, hereditarias. *Ac ſatis probari his duabus legibus videtur, quod ſi quid heredibus dandum eſt, id eis ſecundũ illã diſtinctionem detur: ſiue coheredes, vt in d. l. 23. ſiue alij debeant, vt in hac l. 8. Verũ quid ſi ipſi alijs heredes dare teneantur? Non videtur omnino par vtriuſq; quæſtionis ratio. nam quẽ prædilexit ſemel, eundem*

eundem hic prædilexisse, rectè censemus. vt verò magis statuatur oneratus, qui magis fuit honoratus, id dici quidem aliqua ratione potest, sed non vsquequaque proba. Quoniam tamen in hac constitutione pugnantes leges nactos se doctores existimant, eadem scilicet distinctione vti expeditissimum duxerunt. Sed sententia vt est penè omnibus comprobata, & magnam veritatis speciem habere videtur, ita a Iasone non vno ioco solidè refutata est: nec certam omnino habet rationem, quoniam quam primam adferunt omnes, quod vsurpando propria nomina testator personas intuitus creditur, & ex eo voluisse grauare aquaeliter, ipsa non subsistit. vt.n.nequit heredes suos testator tanquam Seium, Titium, Caium, grauare, sed tanquam heredes: ita nullam potuit eorum nominum rationem habere: vt nec nos habere possimus, qui voluntatem testateris (vt ille inquit) sequimur pedetentim, veluti leporem canes. Quum est heredibus dandum inspectio illa admitti valet, quia heredibus & tanquam heredibus, & tanquam non heredibus dari valet. Altera Raphaelum ratio, quam pulcram dicit Iason, nec placere communem hanc differentiam tenentibus debet: nam aduersus mentem reliquorum omnium manifestè est. Aiunt expressiones propriorum nominum sine copula, aut puncto non fieri, & ex his viriles decerni. Itaque deberi etiam viriles vbi vbi copula, vel punctus reperitur, vel si non sint nomina propria vsurpata.

in d l. turpia. & in l. seruus. eo. tit.

Baldus.

&

& contra, hereditarias decernunt expressis etiam nominibus proprijs, si id absq; copula, vel puncto factum sit. Hæc determinatio aliorum sententia non adstipulatur. cur namq; personas magis respexerit testator si distinctim, quàm si vno spiritu plures eiusdem nominis appellauit? Ratio in copula? Ergo non in nominibus. Ergo isti diuersi a reliquis abeunt, nec derogant, sed planè abrogant communem distinctionem. vt clariùs sentiemus, si latiùs explicabimus, quæ volunt, quod deinceps faciemus. Interim pro cõmuni constitutione nulla reddita ratio est. tamen non ex hoc falsa est. Si quidem potest decisio vera esse, ratio falsa. l. Æmilius. 38. de min. & contra, decisio falsa, ratio vera. quod ab aliis notatum est. admouenda itaque aduersus communem Iasonis argumenta, quibus ea prorsus demolitur, & quod contra primam rationem dictum a nobis est. Eam quoque communem ante Ias. iisdem rationibus impugnarat Soc. in l. vtrum. §. vlt. col. 2. de re. dub. Quod tamen & hic conetur cum d. §. vlt. l. turpia, componere d. l. siue a certis. sanè quàm ludit se ipsum, neminem preterea.

Aug. in l. qui 100. ad Treb.

Opinio Fulgosij, & Cumani, item Iasonis sententia improbatæ.

Cap. X.

EGo diuersam a communi statuo, quid quid aliter opinetur Iason, Raphaëlum in nostra quæstio-

quæstione sententiam. nihil .n. solliciti de proprijs alijsúe nominibus, aut demonstrationibus distinguunt ex adiecta, vel non adiecta copula in hunc modum. Aut copula, punctusúe, qui idem cum copula est, adiicitur: & viriles partes debeantur, aut nec copulam, nec punctum habemus: & debeantur hæreditariæ. Exemplum primæ partis. A filio, vxore, patre centum Titio do, lego. *æqualiter datum ab illis dicitur, non pro hereditariis portionibus. Sunt tamen non propria nomina illa. quod ostendit Bar. in d. l. turpia. in fi. Aliud,* Ab eo, quem ex triente, & ab eo, quem ex quadrante institui, centum Titio, do, lego. *demonstrati hîc, nullo nomine nominati heredes. soluent viriles. Exemplum alterius partis.* A Sempronijs Titio centum do, lego. *Debent pro hereditariis partibus: vt vt sint proprio nomine nuncupati isti eiusdem nominis heredes. Quæ alia omnino sunt a communibus traditionibus. Idem autem volunt in personis honoratorum, vt viriles, vel hereditaria ipsis debeantur iuxta eandem distinctionem presentis, & absentis copulæ, aut puncti. Cuius summa ratio adfertur, quia ea sit illius coniunctionis natura, vt viriles faciat partes. l. reos. §. cum in tabulis. D. de duo. re. l. 1. C. si plu. vna sent. Nos verò minimè istis adherentes sic argumentum refutamus, vt ea tum sit coniunctionis vis, quum paria vbiq; omnia sunt, non aliàs. Ita .n. quando nulla occasio est in d. §. cum in tabulis. cur vni*

reorum

reorum plus siue commodi, siue oneris designaretur, viriles copula tribuit partes. Ita in d.l.1. ex vera & recepta interpretatione, quia in solidum fuerat vterq; collega obligatus, sententiam in viriles damnasse eos creditum est: quoniam nulla erat vel ansa, quare aliter existimaretur. Hinc est eo loci a Baldo traditum, quod si pluribus in iudicio finium regundorum locus adiudicetur, qui pro partibus inaequalibus domini sint, & adiudicetur iuxta speciem eius l.1. habere eos non aequalem, sed partem pro portionibus, quas tenebant, debere. idq; per l.4. fin. reg. Castrensis quoque aduersus glossarium apertius disputat, & rationabiliorem opinionem adserit, vt pro inaqualibus partibus censerentur damnati, qui obligati ex inaequalibus erant. Quae nostram declarationem liquidò firmant, & destruunt fundamentũ vtriusq; Raphaelis. Et sanè mirum, quod alias rationes Iurisconsulti indicarunt hoc argumentum tractantes, de istis copulis, punctisq; ne minimam quidem in tam multis locis suspicionem iniecerunt.

Vna restat, quam excutiamus, sententia Iasonis, quae hoc est. vt nulla nominum cõsideratione habita, id vnum inspiciamus, si adsumpta pars est: nam, siue ea heredum aliorumue sit, quibus dari oportet, siue sit eorum, a quibus oportet dari, semper debeantur viriles: aliàs verò hæreditariæ, si omnes adsumpti fuerint. l. seruus. vbi hæc scribit Ias. l. panè. §. si duobus, et d. l. turpia. de leg. 1.

Additq;

Additque rationem differentiæ, & glossarium eandem suæ distinctionis laudat auctorem in l. si quis. 12. de statul. Rationem verò totius determinationis eandem proponit, quam a Cumano vindicarat Fulgosio in l. turpia. & modò nos confutauimus. Quid itaq; ? Ipsemet Ias. in ea. l. turpia notat, contra suam hanc, saltem in secunda parte, definitionem fortissimè, de directo (vt eius verba referam) & formaliter obstare l. sine a certis. D. de duo. re. Conatur autem respondere, sed nihil proficit. inquit. n. quod actus grauandi in d. l. sine. verbis est comprehensus, non ipsa persona grauata. Ego autem rogo, quid sit nominatim grauare, legare. Respondebit ipse, hoc loco esse expresse grauare, legare: nam ad actum grauandi verbum nominatim refertur. Nihil tamen aut insulsius, aut falsius potuit excogitari. quando nō de expresso aut tacito legato, verùm de certis, omnibusue heredibus grauatis ibi quæritur. Idem est, quum omnes nominantur heredes. Quid apertius ? Ridicula opinio. sed & ex alijs, quæ dicemus, et imperfecta, & falsa, vt relis quæ precedentes duæ, tertius apparebit, is .n. textus minimum obstat. quod audietis.

Opinio propria in ista de virilibus, & heheditarijs partibus dissensione. Cap. XI.

HÆc tractatio (vt mihi quidem videtur) non adeo est paucis definitionibus cōficiēda. sed

sed pluribus atque pluribus. Summa tamen est inspectio bimembris. nam vel id quærimus propter grauatos, vel propter honoratos. Videamus de grauatis. Hi non alii esse possunt, quam qui priùs fuerint honorati. vulgatum .n. illud, quem non honoro, grauare non possum. Itaq; vel honorati priùs fuerunt titulo vniuersali, vt hereditate, vel particulari, vt legato, similibusq;. Dispiciamus de heredibus. Aut nominatim sunt omnes grauati, aut non omnes, aut nulli. Non est aliud mẽbrum. At incipiamus a faciliori, quod est hoc vltimum. Titio centum do, lego. *Nullus est heredum nominatus. ait Neratius, hereditarias partes eos debere. l. si heredes. 227. in fi. de leg. 1. Et nec nominatos dicemus, si ita dicatur,* Ab heredibus meis centum Titio do, lego. *nec si ita,* Ab omnibus heredibus meis. &c. *aut ita,* Quisquis mihi heres erit cẽtum Titio, &c. *nominationem enim cum illo I. C. dico personarum enumerationem. Non habet ista definitio vllam moram. Ast nec illa ambigua est, quando pars tantùm heredum nominata est, vt nominati viriles debeant. d. l. turpia, §. vlt. Nec distinguo cum interpretibus, propriis, an appellatiuis nominibus ea pars fuerit appellata: quia iste §. talem non patitur interpretationem, quod ibi demonstrat Iason. cetera autem, propter quæ ad illud discrimen nostrates deueniunt, tollẽtur mox facilè. Ambiguitas in prima visione est, quum sunt omnes nominati heredes. Nã ait Neratius,*

Si

Si heredes nominatim enumerati dare quid damnati sunt, propius est, vt viriles partes debeant. *Pomponius autem distinguit, Si pars heredum nominata sit in legando,* viriles partes heredes debent: si verò omnes, hereditarias. *Atque vt est nulla inter istos dissensionis species, si pars nominata fuerit: concedit enim & Neratius viriles deberi: ita si sunt omnes nominati in diuersas abire opiniones videntur. non solùm n. non distinguit Neratius, sed rationem quoque subiungit, qua ostendit quasi, distinctionem in ea sua definitione nullam sibi placere.* quia, *ait,* personarum enumeratio hunc effectum habet, vt exequentur in legato præstando. *Quid statuemus? Posset aliquis suspicari in d. l. 227.* 124 *legi non,* quid damnati, *oportere, sed ad Florentinæ scripturæ exemplum,* quidamnati: *ac tum esset,* quidam damnati. *Sic alij putant in l. 9. de lib. ca. pro* alteri ius *reponendum* alterius ius. *conueniretq; in hac constitutione isti iurisconsulti. nam rationem dein illam Neratij ad suam speciem cogeremus. quod in iure nouum non esset: & hîc maximè probari factum posset, quando de antinomia soluenda tractatur. Tamen ad istas artes non confugio. Sed opinor magis Neratij rationem in enumeratione quorundam tantùm accipiendã, quòd tum ipsius rationis ratio reddi potest: non potest facilè, si accipitur etiam de omnium enumeratione. qua. n. ratio est, vt omnium enume-*

ratio illum effectum habeat? enumeratio quorundam habet illum effectum: quia qui aliquos enerat, non videtur hereditatis commodum, cauſſamq; reſpexiſſe: ea namq; eſt & aliorum communis, quos tamen non onerauit: ſed ipſos omnino heredes, quos grauauit. Ita qui omnes nominauit, intuitus hereditatem credetur: nam perſonarum reſpectum nullum habuiſſe apparet. & ſanè eadem a me exiſtimatur huius ac prima ratio ſpeciei: quoniam omnium nominatio nihil aliud eſſe videatur, quàm eius, quod inerat, facta expreſſio. qua nihil habet operari, quum ſint non aliter expreſſa nomina, quàm inerent tacitè. omnes, n. grauãdo, certè Titium, Seium, Caium grauat: & iſta nomina ſi explicantur atque enumerentur, id explicatur tantum, quod æque erat ante enumerationem comprehenſum. cedò enim qui aliter, atque nunc explicata ſunt, priùs continebantur? Concludo igitur cum diſtinctione Pomponij: nam nec renuit Neratius pertinaciter, & par eſt ſtare legi diſtinguenti: atque ſi ſint omnes nominati, in hereditarias teneri eos adfirmo; vt etiam concluſum fuit, ſi nominati nulli eſſent. Et hîc nimis fortaſſe multa. Quid vbi onerati ij ſunt, qui fuerunt ſingulari titulo honorati? Mirabilem ait Caſtrenſis ab Imperatore differentiam poni in l. 1. §. ſed vt manifeſtetur. C. de cad. toll. & contra quam prima quiſque facie diceret. ait tenendum menti. notat etiam ibi Fulg. Sequitur Alex. in d. l. turpia. & in

l. 1.

l. 1. C. de impub. & al. subst. Hæc autem est. aut granati isti sunt ad aliud, quàm quod datum est eis, aut ad idem. primo casu in viriles, secundo pro acceptis portionibus obligentur. Legauit ex non æquis partibus fundum. Legatarios grauat, vt centum Titio dent. dabunt æqualiter. hic primus casus. Grauant, illum fundum Titio dare. Dabunt prout acceperunt. is est alter casus. Atque ita in eo §. glossarius, & Paulus docent. Mihi autem definitio suspecta sit, quoniam rationem non inuenio, ob quam aliter in heredibus fuerit constitutum, & aliter nunc in legatarijs constituatur. quamquam non hoc est satis ad opinionẽ aliquã euertendam: nam alii videre possũt. At dicere etiã fortasse possumus, adiuuãtes quantũ valemus interpretationẽ doctorum virorũ, in legatarijs, quẽadmodum in heredibus non distingui, quia vtcunque sint legatarij grauati, semper eos respexisse videatur testator, quã ipsam ex suis bonis partẽ elargitam: onus n. id heredũ fuerit: à quibus dum in alios transfert, certè sicut est personas eorũ intuitus, ne oneratos sineret, ita istorũ adspexisse in onere dicetur. Additur, quod sicut per aliquorũ heredũ nominationem transitus ab hereditarijs sit ad viriles, quoniã iam in quasdã personas onus reijcitur, ad quas non spectabat: omnes n. aliàs debituri, non quidã, fuissent: ita grauatis legatarijs fieri debet: quòd in eos onus defertur, ad quos aliàs minimè pertinebat. Et quidem sunt hæ rationes non pessimæ.

Maneat igitur quarta hæc definitio, quæ dictum est, teneri legatarios grauatos in partes virriles. Sed ita tamen maneat, vt subtiliter declarat Soc. in d.l. virum. in §. vlt. & summa hæc est, vt in virriles censeantur semper legatarij grauati, quum tamen ita grauatis onus valeret: alias si nõ valeret, semper pro acceptis partibus onus impositum censeretur. Exẽpla. Titio fundi partes octo, Seio quatuor lego, atque eos grauo, vt Caio partes duas dent. *Dabit Titius vnam, & Caius vnam: potest enim.* Caio dent partes Decem. *Dabunt pro ratione acceptorum: quia Seius quinque dare non potest. Eodem q3 modo si ad aliud grauarentur. Ita ego cum Soc. teneo: quid quid Cast. id non cogiter. & Soc. opinio facienda pluris est ex c. 17. lib. 3. lec. nostr. Quinctam facere illam non curo, vt in partibus acceptis obligentur, si res ipsa data ab eisdem legata fuerit, cui namq3 hæc res dubia? cui dubiũ, quod heredes citra vllam distinctionem hereditarias debeant, si species aliqua ex hereditate relicta ab eis fuerit? Locuti sumus si aliud testator iusserit. At alterum caput vniuersæ tractationis aggredior, in quo regulam placet talem describere. Si honoratis dandum est, aut grauati inuicem restituere debent: stat decisio l. 1. C. de imp. aut quidam grauati quibusdam dare, & id non est quidem faciendum æqualiter, sed pro mensura prioris honoris accipere nunc illi debent. l. quotiens. 23. vbi similes a glo. colliguntur, & l.*

Lucius

Lucius 78. §. pater. & seq. D. ad Treb. & l. qui liberis. 8. §. vlt. de vulg. Excipiuntur ab ista definitione aliqui casus. & primus, si iubeantur his qui rursum, puta fideicommisso, honorantur, pecuniam numerare, atque ita fideicommissum recipere: ex quantitate pecuniæ, quam dare iubeantur, voluntas colligenda est patris: nam etsi ex disparibus partibus heredes scripti æquas partes dare iubentur, propius est, vt viriles recipere debeant. d. l. quotiens. & l. vtrum. §. vlt. de test. vbi pulcras illationes habet Soc. posita hac regula, quod vbi sub ratione oneris quis inuitetur ad commodum, id ab eo onere regulatur. Secundus est casus in l. 24. ne fe. non sub appellatione heredum, sed propriis nominibus expressis, fideicommissum relinquatur. Hinc non recte in priori capite tantundem ab interpretibus traditur: differentia. n. est, quia honoratis dum propriis nominibus aliud defertur: hæc tanquam cum aliis fieri videtur: itaque viriles habeant, vt haberent omnino alii, si alijs relictum esset. at quando agitur de ipsis granatis, quatenus dare teneantur: quoniam vt heredes semper grauantur, ius istud proprietarium nominum operari hunc effectum non potest: verùm id inspicimus in eo tractatu solùm, an hereditatem aspexerit, vel heredes testatoris quod dictum est. Potest testator hereditatem heredes grauare, sed non Titium, Caium, Seium: at potest non heredes modò, verum etiam Titiũ, Caium, Seium honorare. Igitur non est in priori

capite vlla proprietorum nominum vis, est hoc capite. Adde huic secundo casui l. ita liber. 8. de stipul. vbi ex Labeone dicitur, quod si sit seruus decem dare granatus & liber esse, aut nomina dumtaxat heredum in testamento posita sunt, virviles partes eis dandas: si verò ita, Si heredibus dederit, hereditarias. Neque isti legi aduersatur l. qui pecuniam. 22. eo. Nam hunc secundum casum ego accipio totum ex d. l. 8. quando nomina dumtaxat propria sunt vsurpata, non si adiecta etiam esset appellatio heredis: tum. n. non attenta propriis nominibus, hereditarias cum d. l. 22. decernerem. nisi adhuc velimus introducere distinctionem l. si communis. 37. de stip. seru. cum notatis ibi per Bar. quod probari potest. Et est bene notandum. quod in specie hac & l. nonnunquam. 24. ad Treb. tradit Bar. in d. l. 37. tanquam proprium nomen vsurpatum censeri, si dictum sit, Filio Titij, & filio Seij dari volo, itaq; non pro prioribus portionibus, in quibus eos inaequaliter instituerat, sed viriles habebunt. Nomina enim propria (inquit) quoniam virique aequaliter & propriè congruunt, aequaliter etiam distribuunt: quare & hac appellatiua idem facient. non facient appellatiua, quae competunt communiter, quia respectum communionis habent: itaq; pro qua parte communio est, pro ea etiam partes tribuat, & iussus filiis, heredibusue dare non aequaliter dabit, quia ea nomina etsi omnibus aequaliter competant, non tamen competunt pro priis

riè, sed communiter. Pariter nec isti definitioni, siue casui excepto nocet l. si quis testamento. 12. eo. tit. de statul. Quoniam (vt alibi scribo) non infertur penitus ex redditione rationum ad restitutionem reliquorum: etenim nominati illi heredes potuerant electi esse tanquam magis apti ad rationes cognoscendas: vnde ea conditione non statuetur & de reliquis cautum. Stat igitur secundus casus: sed adhuc ita, vt priori cedat, si concurrant. ecce. Disparibus partibus sunt instituti, quibus, propriis nominibus expressis, a coheredibus restituendæ sunt portiones, ipsis iussis dispares quantitates resoluere. Restitutio fiet illis, non inspectis nominibus propriis, pro hereditariis disparibus. Bar. Saly. & tuetur Soc. in d. §. vlt. & mihi illa stat ratio, quia præsumptio, quæ exoritur, maior, quàm quæ ex verbis. Tertius casus, qui a generali illa definitione excipitur, est, vt immo pro virili habeant heredes, si eis quid prælegatum, legatumue est. l. 2. de instr. & instr. leg. d. l. seruus. 70. §. 1. de leg. 1. nam ego rectius nihil hîc de propriis nominibus comminiscor, vt reliqui faciunt: sed differentiam pono inter casum, quando vniuersale est heredibus fideicommissum relictum, & hunc, quando particulare siue singulare datum est: vtque priori casu loquatur generalis enunciatio cum legibus suis, isto casu exceptio procedat & d. l. 2. & d. l. 70. Addo d. §. sed vt manifestetur. C. de cad. toll. Ratio enim obscura esse

non videtur huius discriminis: quòd scilicet universalis caussa rectè ab universali commensuretur, non etiam singularis, & fideicommissum universale iuxta portiones hereditarias acceptas prius habere debeant, non quoque fideicommissum singulare. Iste tertius casus recepit pulcram ipse declarationem ex l. planè. 34. §. inde dicitur. de leg. 1. Duo sunt heredes: unus ex uncia, alter ex undecim uncijs: eis fundus legatus est. an habebant viriles? non, sed heredem unciarium habiturum uncias in fundo undecim, unciam alterum, Vlpianus ait: & rationem reddit, quoniam a se sibi inutiliter legatur: igitur legatum unciario factum ab altero ducitur, & huic contra ab unciario: atque quum grauati heredes censeantur pro partibus hereditarijs, sequitur vt unciarius unciam, alter decimum debeat: & ita sit undecim, iste vnam habet. Tertius ergo hic casus loquitur, si coheredibus non inuicem, sed quibusdam est legatum ab aliis, uno, pluribus, reliquis, non refert. & ita in casu d. l. 2. de instr. & instr. leg. pro coheredum portionibus habebunt duo illi viriles secundum primam huius tertij casus adsertionem, pro portionibus suis iuxta hanc determinationem l. planè. idem enim relictum aliquibus dandum equaliter, & aliquibus pro hereditarijs portionibus decuit d. l. 22. D. de statul. l. si pater. 9. & l. qui cum plures. 32. de vulg. Et quibusdam dari vna ratione vno modo, altera ratione altero modo debet. Exemplum. Fratri-

bus & nepotibus do. *æqualem habebunt fratres cum nepotibus, sed singuli fratres, singuliq; nepotes habebũt hereditarias. ita Imo. qui reprobat Ang. vtroq; modo deferentem æquales. vt per Soc. in d. §. vlt. At hic ego cum Ang. sum: quia meis documentis non consentit hoc dictum Imolæ. Ita nec communem sequor. qua, si sunt propriis nominibus aliqui, aliqui appellatiuis vocati, dicitur, singulis prioribus tantum deberi, quãtum his debetur omnibus, quia vna persona reputantur, diuisionem autem inter ipsos faciendam pro acceptis portionibus. Exemplum.* Titio, Seio, & Sempronijs do. *vel* & fratribus meis. *atque eam etiam reprobauit Soc. qui ex Aretino huc affert quadripartitam distinctionem. quam non refero: quia si quid recti est in ea, id nos retulimus citatis l. qui liberis l. si pater l. qui cum plures. de vulg. illud tantùm noto, quod subtiliter ostendit Soc. l. vlt. C. de impub. non pugnare cum d. l. si pater. vt per eum. Quartus eam casus succedit, in quo æquales, non ad mensuram præceptarum partium, honorati partes accipiunt. ille notatur in l. quotiens. 9. §. si duo. & l. seq. D. de her. inst. Plures mihi non succurrunt, sed nec plura in tota tractatione. Et fortè dicta satis vel ad reliqua. Vnum superest, vt nostram sententiam dicamus de l. siue a certis. D. de duo. re. quæ visa est Iasoni totam istam turbare tractationem. Ast ego, si penitus non dormio, eam legem facilè facere hîc quidquam non video. Loquitur enim in duorum*

reorum

reorum argumento, & verum est, si ius duorum reorum velit testator suos inter heredes esse, hos in totum teneri, quocunque, quomodocunque fuerint nominati, pro hereditarijs portionibus: id est, quatenus acceptæ portiones patiuntur. vt quisque exsoluere totum teneatur, si totum sua pars potest. In his verbis decepti interpretes sunt, quia totum exsolui, non hoc modo ab vnoquoque, sed ab omnibus pro rata partium. Quæ definitio nec est ex natura illius tituli, nec vllo modo verbis conuenit I.C. quærentis, an in totum teneantur. cui enim dubium, quod in totum debetur & ab heredibus legatum? Quæstio est an quilibet in totum debeat, & in totum debere respondet I.C. Sed an supra etiam partem, quam accepit? Non tantum testator valet. Igitur pro portione accepta, vt nos diximus. Non sunt ea verba, pro portionibus hereditariis, ad virilium differentiam, sed ad moderandam duorum reorum obligationem. Et hæc mi satis, qui ad hereditatem ex portionibus dixi. Igitur nihil si ex personis sit facienda partitio. nihil de contractibus. nihil de iudiciis: de quibus est d. l. 1. C. si plu. vn. sent. nihil omnino de aliis multis: vt nec recenseam speciem pulcherrimam l. 15. §. 4. D. d. de dam. inf.

De

De inefficaci litterarum probatione loci quidam adnotati.

CAP. XII.

ET ex vsu rerum, & plenè, docteq; docet Iustinianus in Nouellis, infirma quàm sit probatio scripturæ solius, tum quòd alienam manum imitari, exprimereq; alij pulcrè solent, tum etiam quoniam non eædem sunt semper eiusdem litteræ, sed harum dissimilitudinem sæpe facit tempus, vt non ita quis scribat iuuenis & robustus, ac senex, tremensque. calamus, atramentum diuersum similitudinis per omnia aufert puritatem. Quid si quis manum velit immutare suam? Huc aliqua nos exempla comportemus. Augustum nihil æquè laborasse, Suetonius tradit, quàm vt nepotes chirographum suum imitarentur. Titum etiam imitare valuisse chirographa quæcunque vidisset: ac professum sæpe, se maximum falsarium esse potuisse. Non illa mira fuit falsitas, quam libro decimoquinto Ammianus refert? Abstersa vniuersa quædam scriptura (nunc singula non memini) periculo fuerat, incolumi tantū subscriptione relicta, atq; ita ex falsariorū voluntate scripta alia sunt, atq; alia, exhibitaq;. Quod nec est hominū ingenio vel in hac vulgari inuium charta. nam & accepi, litteris exartis integram planè chartæ superficiem manere: vt haud sit impossibile rursus detegere. Alterum de eiusdē hominis charactere variabili sanè quam est affine

De inst. can. & si.

Cap. 5.

Cap. 3.

documen-

documento Bartoli, vt agnitus non sat certè ex voce homo existimetur. Quid. n. aliud scriptura est, quàm vox tacita, & vox, quàm loquens scriptura? Num commutationem improbamus?

In tract. test. in vers. Rem aliquam.

Ait Bartolus, probasse se nunquam, vt ex vocis auditu homo cognitus dicatur: quoniam multæ similitudines in vocibus sint, & ipse audierit sæpe effictam alterius ab altero vocem sic aptè, vt omnes potuissent facilime decipi: alia præterea vox puero, atque eidem adulto extet: alia ægrotanti, ac sano, rauco, seiuno, ebrio, saturo alia: ex loco quoque alia atque alia, & ex aëris diuersa affectione diuersa concipiatur. Improbat quidem ista

In l. conuenticulam. C. de ep. & cle.

Baldus alicubi, dicens ex possibili esse, non autem ex verisimili. At mihi Bartoli rationes videntur non ad verisimile, sed etiam ad necessarium: quum a natura proficiscantur. Licet ora (in-

lib. 1. de. off.

quit Cicero) cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorũ omnium vultus, voces, motus, statusque mutantur. Fortè igitur a Baldo id dicitur, has mutationum causas non præsumi, quod tantam contradictionem non recipit. nam facta nec præsumuntur: & ipse præsumitur status naturalis. Alc. reg. 1. præs. Probationem tamen & ex litteris, & ex voce infirmam adhuc esse patet, nec necessariam.

Mutiana

Mutiana cautio præstatur venientibus ab intestato.

CAP. XIII.

THomæ Bingo I. C. eruditiss. Regio Academiæ Cantabrigiensis professori. Alb. Gentilis S. Ea est in omni ferè artium genere litterarũ tuarum, & politiorum, & doctarum fama: idq; de tua in legibus explicandis dexteritate multorum sermone, Thomæ etiam Skeuintoni egregij I.C. prædicatione audiui; vt ineptissimus ego sim, si tantarum virtutum, quando coram non possum, gustum aliquem capere, fructumq; absens, in tanta præsertim tabellariorum oportunitate, non curo. Adde, quod mihi occasio ad manus est, vt in hunc ipsum finem scribere ad te cõmodissimè valeam. Soleo n. præstantiores quosque per litteras consulere Iurisconsultos, si qua in studio hoc nostro ardua magis offendo, quàm quæ superari meis viribus possint. Eiusmodi autem & semper lata copia supersit, & nunc vastum nescio quid occurrit, quod quia nec commodè, nec tutò, vel vllo modo videor euadere posse, ad te pro instituto meo, qui opem feras, confugio. atque ne longieri vtar proœmio, quàm actio deinceps reliqua futura est, accipe en totum, quod volo. Scribit Caius, Mutianã cautionem ei præstandam, ad quem conditione deficiente legatum, hereditasue potest pertinere. Quod, etsi in certo casu, explicat tamen Iustinianus, In l. 18. de cõ. & dem.

nus, atque venientes etiam ab inteſtato nominat, quibus caueri oporteat, in §. præfata. Nou. 22. In contrarium notata eſt l. Muciana. de cond. & dem. & l. 4. de cond. inſt. quæ nullam ſcilicet rationem habere legitimorum heredum ſunt viſa. Mihi prior exiguam moleſtiam facit. video, n, opus cautione non eſſe, quòd adeundo impleat condicionem maritus, dum efficit, ne omnino petere valeat. a quo namq; petet? ipſe heres eſt vxoris, quæ dotem promiſerat. Si alius dotem promiſiſſet: quia & poſt aditionem poſſet maritus petere: omnino cauendum fuiſſet: nec obtinuerit definitio eius legis. Non tu idem Binge litteratiſſime cenſes? Altera me lex torquet magis. Probatiorem Bartoli interpretationem non probo, quam & refutauit Socinus. Cumano nec adquieſco, cuius dictata idem Senenſis confixit. Non Imolam ſequor, qui iure Digeſtorum venientibus ab inteſtato cauendum non fuiſſe concedit contra generalia Caij iuriſconſulti verba. Non deniq; nouo nupero auſculto Iacobo Cuiacio, qui impoſſibilem inl. 4. condicionem docet, quòd ſeruus hereditate adita deſinat hereditarius eſſe, vt ſit impoſſibile facere tum contra condicionem: & impoſſibile de ea re cauere, quæ futura non eſt. pro tempore autẽ, ait, ante aditam hereditatem caueri fruſtra a mox aduturo. Eccur. n. placeat iſta ſolutio? Impoſſibilis ibi notatur condicio, quia non ſit, cui caueatur. Cuiacius autem docet impoſsibilem, quia non ſit, de quo caueatur. Sed ex ipſius ratione non magis

In Auth. de nupt.

lib. 3. Obs. c. 2.

eſt,

ost, de quo caueatur, si coheres datus est, quàm si solus heres scriptus est. nam si adijt hereditatem coheres, quando illi cauet institutus noster, an si mox aditurus non frustra? an non desinit & hîc seruus esse hereditarius adita hereditate? Mihi Cuiacij ratio nihil minus in priori casu dati coheredis, quàm in altero obtinere videtur. quos tamen contrario iure I. C. determinat. At forsitan eum tantùm casum dato coherede Iacobus considerat, quum iste adhuc non adierit. Quod quia est hoc amplius improbabile, de eo tecum non dico. Cedò etiam, cur frustra cauetur, si adeunda mox non fuerit hereditas? Quid speciem hanc solam amicus noster tuetur? An cauere in presentia velle honoratus nequit, quoniam id sibi sit in presentia commodum, & de aditione adhuc deliberare? Sed nec illud satis probo in sententia istius, quod testatoris enunciatum, Si seruũ hereditariũ, id ad tempus cogit, quod aditã hereditatẽ præcedit: etsi scio tum propriè hereditariũ dici, atq; hereditatẽ. Verũ & ad sequẽs tẽpus extẽderẽ: et acciperẽ quoq; de reliquo omni, quod testamẽto succedit ipsi. Nec n. ad hasce subtilitates deduxerim testatores, qui penitus illas ignorant, & plerunq; abusiuè loquũtur l. non aliter. Et l. mulier. de cõd. inst. cui nititur Cuiacius vni, nihil prorsus (aut ego prorsus decipior) hîc probat. nã ante aditã hereditatẽ manumittẽdus ibi seruus est, quoniã cõdicionis implementũ præcedere semper cõmodi sub condicione delati adeptionẽ debet.

l. x. §. 1. de vulg. l. quæsitum. §. pe. de leg. 1. &c.

Falsus

Falsus est sensus Cuiacij iste. Manumitti ante aditam debet, quia postea desinit hereditarius esse. *Hic omnino est suus sensus. & est omnino falsus, colligo. n. ex ipso, quod ante aditã nihil tale fieri oporteat, si potest & post aditam, quia rei status non aduersetur. atque id in vniuersum iuri condicionum repugnat. At contra istum fortasse plura, quàm oportuit. Igitur neque postremam hanc partem confirmo latiùs. Sed an recenseo, quod in ipsa proposita difficultate sentio ipse? Id volo. ne quid mihi seruem scilicet, de quo tu iudicium tuum non tuleris. Ego alteram Bartoli interpretationem, spretam licet & ab ipso, sequutus quandoq; sum. Credidi hanc l. 4. non loqui, si legitimi extent: sed eo vsque progredi solùm, quum nulli sunt alij, ad quos possit hereditas pertinere. Nam quid si solus quidem sit heres institutus, ceterùm ei & substitutus datus est? num impossibilis condicio est? at est, cui caueatur, & ad quem ea hereditas vel ex testamento pertineat. Qua igitur ratione legem illam accipiemus, si nec substitutus est, eadem accipiemus, si nec sunt venientes ab intestato: quòd scilicet ipse institutus sit & legitimus. Sic in l. Muciana. cẽsuimus definitionem stare, si nemo alius dotem promiserat. Voluerit scilicet Iulianus, Vlpianusq; quasi dicere, vt si sit, cui caueatur puta coheres, cauendo huic conditio impleatur: si nemo sit, tum impossibilis condicio censeatur. Exempli gratia de coherede dictum oportet: nam substituto fuerit*

cauen-

cauendum priùs. Sicut autem in exemplum ea pars accipitur, vt non sit alius præter coheredem cui caueatur, ita & posterior hæc in exemplum pariter accipietur. Propositum Iurisconsultorum ibi non est explicare, quibus cautio præstetur: verùm si, quomodoúe ea condicio impleri potest, hoc itaque habeam, cetera morosus exactè non exigo. Hæc aliquãdo meis auditoribus (plenius tamen) proposui: sed non sine hæsitatione. qua etiamnum & distineor: & tuum est, vir ornatissime, vir consultissime, me tandem cogitationesq́; meas ab ipsa liberare: sinereq́;, vt exterus, immo verò Oxoniensis, tuam istam eruditionem propiùs sentiat, & parte ipsius fruatur. Vale Oxon.

De insula in mare nata, vel in flumine: & de fluitanti.

CAP. XIV.

TRibus modis, *inquit Pomponius*, insula in flumine fit. vno, cum agrum, qui aluei non fuit, amnis circumfluit. altero, cum locum, qui aluei esset, siccum relinquit, & circumfluere cæpit. tertio, cum paulatim locum eminẽtem supra alueum fecit, & eum alluendo auxit. *In mare Insulas & tribus his modis factas habemus, & præterea quarto. Sicilia ab Italia, Cyprus a Syria, Eubæa a Bœotia auulsæ dicuntur. Idq́; nihil est* l.30.de ad.redo. Vide interp. lib. 1.&2. Meteor.Ariæ

 aliud,

aliud, quàm agrum, qui maris nouo fuit, uacuatum ab eo, et insulas primo modo esse factas. Rhodum, Pindari testimonio, enatam maris recessu tradunt. Quod est, siccum a mare ambitum siue terra relictum in medio, & altero modo insulam apparuisse. Aegyptus inferior insula quibusdam nominatur, eaq; Delta a triangulari forma, quam Nilo circumalluitur, et mare. Hac fluminis illitterarum a Strabone nominatur: nam limi continua adaggeratione ipsam reddidit Nilus. At maritimam prorsus insulam huiusmodi colluuione & alluuione confectam non ad vnius fluminis ostium, sed plurium, licet eas paruas, habemus. Has fiunt ab fluuiorum ostijs longius, prout horum vehementior exitus in mare est: nam eo procul magis materiam deuehit, qua tandem desidens in insulam surgit. Sed & alio adhuc modo insulas in mare enasci scribunt, terremotus scilicet specie quadam suscitantis has moles, quo modo There forsitan in Aegaeo nata est: cuius & Seneca meminit, & Dio li. 58. Nilum plures efficere insulas, ex Ammiani lib. 22. scio. De insula Tyberina nota res. In Tamesi plures insulae sunt. Hac vulgatis Plinianis de insulis enascentibus, & enatis, addenda sunto. Noto, recitoq; de iure harum insularum quod scribitur in l. 16. & l. 17. de leg. 3. quae praesens argumentū exornāt. Adiungo hic fluitantis insulae exemplum ex Dyonisij lib. 1. Rom. antiq. Insulam huiusmodi fuisse commemorat in lacu ad vrbem Cutiliam septuagesimo stadio a

Adde Heraclid. de polit.

Amm. lib. 17.

Reati.

Rodie. Dixit Virgilius de olim erranti nunc immota. *Hæc autem (vt Paulus tradit)* insula, quæ non ipsi alueo fluminis cohæret, sed virgultis, aut alia qualibet leui materia ita sustinetur in flumine, vt solum eius nō tangat, atq; ipsa mouetur, propeniodum publica, atq; ipsius fluminis est. *Facit quod de mobili horreo traditur in l. Titius. de ad. re. do. Quæ.n. alueo cohærent proximorum vicinorum sunt, quoniã portiones sunt eorũ agrorum: vt sunt Aristoteli continentis portiones ei insulæ adhærentes: vtq; Vlpianus ait,* Insulæ Italiæ pars Italiæ sunt: & cuiusque prouinciæ. *l. 9 de iudi. Et celsus perspicuè in l. ergo §. 1 de adq. re. do. sentit fluminis alueum proprietate vicinorum, vsu tantùm publicum esse, & quidem rectè, licet assentiri Hotomanus non possit. etenim nihil valet, quod iste in contrariũ monet interpres, de agro, in quo suũ alueũ flumen constituerat, si relictus a flumine est, tum ad antiquũ dominũ non reuerti, sed vicinis attribui, nam & vicinis a flumine attributũ alueo facto censemus: non aliter atq; de priuato in priuatum tallusione addicitur. vsu ipsum publicũ fecerit agrũ alicuius ex alueo inducto flumen; proprietate priuatorũ dicimus reddidisse, vt flumine discedente plena fiat vicinis proprietas. Ita riparum vsus publicus, proprietas priuata dicitur. & riparum. Inst. de re. diu. vbi eandem adsertionem Hotomanus oppugnat infeliciter, si quidem generale Pauli dictatum in l. 3. de fluminib.*

Lil. 3 Aene.

l. pe. de. adq. re. dom.

li. 2. Meteor.

magis est, vt declaretur ab explicatione loco Instit. tutionum, quàm vt aduersarium eidem cõstituatur. Paulum rursus quî credit de riparum proprietate loqui in l. pe. §. 1. de adq. re. dom. Notat Paulus Labeonem, qui dixerit in ea insula publici nihil esse: ostenditq; ripas, & litora publica esse. Sed publica vt sint, non explicat: satis n. Paulo, si in aliquo sint: quia iam non nihil.

De rerum mixtura.

Cap. XV.

Arist. hb. 1. de gen.

MIxtum propriè vocatur Philosophis (si scilicet rectè percepi) corpus pluribus ex rebus ita compositum, vt ex omnibus vnum quiddam sit factum a componentium omnino natura diuersum, formaq; a formis componentium prorsus differente. Dicunt illi vnitionem miscibilium alteratorum. volunt enim alterari oportere ad mixtionem coëuntia per substantias totas: quoniam impossibile sit ex pluribus inter se confusis vnum aliquod per se fieri distinctum ab omnibus, si conuenientia tota non alterentur. Huius autem exactissimæ mixtionis nos hoc loco ponimus exemplũ in his quæ ex animalibus nostris nascuntur. Finge ex tuo equo & equa mea natum pullum, is meus est. Nec n. mixturam hanc ipsi ignorarunt Iurisconsulti, qui id corpus vno spiritu contineri, & (vt Philosophi) vnitum vocarunt. l. 36. de vsurp.

l. 52. §. si quis asinum. de fur. & l. 5. de rei vind.

Secunda mixtionis species per modum compositionis est: confusione scilicet duorum, vel plurium corporum inter se, vt quamuis singula suam naturam seruent, ac aliquando separari iterum possint, vnum tamen ex omnibus confectum corpus est, vt ex vino & melle Mulsum: ex pluribus medicamentis emplastrum, aut collyrium: ex auro & argento electrum: similiaq;. Inst. lib. 2. tit. 1. Aiunt. n. sub forma sua naturali vinum & mel contineri. etsi suis non sint separata terminis. Itaque minus est in hoc mixtionis, quàm in altero: non. n. forma vnum est corpus, sed continuatione tantùm. Tertium mixtionis genus est per modum congeriei & acerui. vt si meum frumento tuo mixtum fuerit. In quo minus adhuc est mixtionis. Quarta mixtura sit ex contingentibus, vt Pomponius loquitur, & pluribus inter se coherentibus, quam appellat idem I.C. connexionem. & exempla in edificio, naui, armario ponit. Quinta species est ex distantibus: vt plura corpora non soluta, sed vni nomini subiecta. veluti populus, legio, grex, chorus, familia. Plures non reperio species. Quinque sunt, per vnitionem, compositionem, congeriem, connexionem, nomen. Communicatur secunda species. §. si duorum. Inst. de re. diu. non tamen si non materia tantùm partem quis posuerit, sed operam etiam totam in admiscendo, nam huius tum res tota est. §. quod si partim. De tertia specie quid quid est, id est in. §. quod si frumentum. In quarta specie ego iuris cõ

munionem dixerim, ne ædificij, quamquã hoc cedat domino soli, ne armarij, nauis, vestis, interius queratur. Quincta species explicatur in vers. sed nec magis. Ista sunt distinctiora, quàm quæ ex Plutarco notat Alc. 2. Prater.

Respondemus Connani rationibus, quæ dictæ sunt contra §. cum ex aliena. Inst. de re. diuis.

CAP. XVI.

Alb. Gentilis Antonio Blinkono viro magnifico S. Francisci Cõnani rationes, quibus ille ausus est probatam legibus nostris opinionem oppugnare, nullæ prorsus mihi videtur. Atque vt tu etiã videas liquidò quã nouus iste inaniter ludat, sua tibi & colligo, & confutata exhibeo, ecce hic, argumenta. Nulla (ait) alia ratio est dum quæritur de adquisitione rerum ex accessione, quàm quòd imbeccillia potentioribus cedant, distinguẽdum igitur, an materia præstet vel opera: non si res potest ad materiã redigi, nec ne. Non admitto hoc argumẽtum, quia in iudicio isto, cuius res sit, videndum est, quæ res est, ne alteram pro altera tribuamus, quod fit in cõstitutione Connani, contrarium in nostra habetur, nec. n. vuarum dominum damus, vt ille. Deinde, potentius id est, dicetur, quod præualet ex his, quibus res constat, nõ adquod pluris fuit extrinsecus: nam de re est iudi-

l. si conuenerit. de pig. act.

cium.

cium, in hac, si materia prior recipi nequit, cur nõ
est forma præsens potentior? & contra, si forma
præsens perimi potest, restituiq; materia pristina,
quid non fuerit materia fortior? Quid mihi ope- l. quibus §. 1.
ris pretium cõmemorat, quod rei non est? Secun- con. & dem.
dum argumentum ducitur ex eo, quod minus dã-
ni accidit vtriq; parti ex sua, quàm Consultorum
sententia. Id si detur, an propterea illa admitten-
da, hæc refutanda? at illa sine iusta ratione in hoc
tractatu, hæc iustissimè introducitur: vt explica-
bam modò. Sed & sententia sua alijs extraneis
obiectionibus non caret, & illa non est minima,
quòd gignit ex se alias tricarum occasiones, dis-pi-
ciendi erit de præstãtia materiæ, quæ iam immu-
tata est: item de opera et impensis per multas pro-
bationum difficultates. Auctorum expeditissima
definitio est: nam statim (& id vnum quæretur)
apparet, si reduci res ad priorẽ materiam potest.
Verũ ecquã habet iniquitatẽ eadẽ definitio, si do-
mino materia aliàs plenè cõsulitur? Connani opinio
iniquitatẽ habere potest, si re mea, quæ etiamnũ
potentia extat, ego priuari debeo, adiudicata effe-
ctori. Tertiũ argumẽtũ est a l. 13. p. 1. de ver. sig. l. mulieris.
Cui sic respõdemus. nõ esse contra retorquendum,
quod pro iure asseruando traditum est. teneor ego
scyphum restituere, nõ restituo si in vrceolum scy-
phum transfiguratum restituo? Sed an quia tu
cogi nequis vt vrceolum suscipias, nec potes etiam
vindicare? Ridiculè. Rem hîc negamus muta- l. lana. 88. de
tam, aut rei formam, si ad hanc redire valemus: leg. 3.

vt omnino minimùm ledatur regula l. id quod nostrum. Quarta ratio habetur inde, quòd in omnibus alijs controuersijs, quæ de accessione traduntur, aliam iurisconsulti determinationem inire solent. Quid? vno verbo. Non hîc sumus in accessione. Disputat & ex Cicerone, & alind nescio quid somniat de Iurisconsultorum ratione destructa. Leuissima. Confutata ex ijs, quæ hactenus reposuimus. Vtinam ne coincidamus in Hotomanica, quem Connano resistentem narras. nollem enim contra vetus prouerbium actum egisse. Hæ sunt, quæ sine vllis libris habui dicere in ista lite. Habendam eam rationem maximè, vt, quod nostrum est, id sine facto nostro ad alium non trãsferatur, fateantur omnes, necesse est. hoc autem facit opinio Consultorum recepta. quæ & rationi firmissimæ nititur: quoniam quæ talis naturæ sunt, vt in sua initia redigi possint, ea vires materiæ non effugiunt. l. quæsitum. §. illud. de leg. 3: &, vt ait Baldus, Quidquid est in potentia ad esse, non dicitur annullatum. Seruandum igitur domino materia fuit, quod factum ex ea est, si ad materiam reduci potest. Et contra, si id fieri nequit, quomodo eidem rem tribuemus? Mutata forma prope interimit substantiam rei. l. Iulianus. ad exh. mutata est, si omnino nequit restitui. Quis dubitat? Disputatur hoc loco, cuius sit res. Videndum igitur, quæ est res. Ponamus exemplum in vino a me ex vuis tuis expresso. Quid tu petis? vinum? At vuæ tuæ erant, vinum

In l. tale pactum. §. qui prouocauit D. de pac.

vinum aliud ab vtris est: quod penitus effugit vtrarum potentiam: cum in vnas redigi non possit. Fatua igitur Connani opinio, qui secundùm rei, operaq; prestantiam dirimit istam cõtrouersiam, nam res iam non est. Et peius est adhuc Hotomani commentum, vt effectoris sit res qualibet, quoniam ea non desinit, qua restitui potest. & nulla ratio facit, cur illius dominus mutuum subeat iniuitus. id scilicet, quod dicit Hotomanus, dum effecteri tribuit, quod est ex ijs rebus cosectum, quæ suo genere censentur: quia dum alia reddunetur, eadem redds videantur. Scribo autem pro corollario, quod vel communem captum sequuti Iurisconsulti in eo sunt, quod dicunt mulsum ad mel & vinum reuerti non posse, vt & effectoris fiat: Philosophi enim reuerti immo posse ipsi opinari videntur. vel derogatũ in isto, similibusq; hodie dicetur, atque mulsum non magis effectoris esse dicemus, quàm eiusdem censeatur frumentum Titij suo admixtum: sicut. n. hoc non censetur, quia singula corpora in sua substantia durant, ita nec de mulso existimabitur, si mel, vinumq; naturam suam in mulso conseruant, & seorsum iterũ possunt. Vereor ego portam hanc aperire hominibus, vt dixi etiã & in Scæuola. facitq; illud Cice. 3. *off.* Aliter leges, aliter philosophi. leges quatenus tenere manu possunt. Philosophi quatenus ratione, & intelligentia. *Quid tu censes? Vale. Lond. Idib. Dec. 1582.*

Fauet quod de ære & auro mixto est supra lib. 2. cap. 2.

Compo-

Componuntur l. Minicius. de rei vind. & l. sed si ex meis. de adq. re. do.

Cap. XVII.

Difficilem istam antinomiã dicit Connanus, Sed et valde ridiculos appellat Hotomanus, qui conciliare nituntur. At nos audebimus, aut periclitabimur. Priorem ex suo titulo accipio. quæ est interpretationis species optima. Qui ex aliena materia nauim ædificauit, eam a domino materiæ vindicare non potest. Hunc ibi statuo sensum. Nam ob vindicationem ibi est quæstio ex titulo, & qui vindicat nõ possidet. Sed & ex verbis illius legis conijcitur ædificatorẽ non possidere. quæritur. n. si nauis ipsius maneat. *quasi scilicet ea penes aliũ in præsentia siet. Nunc non obstat, aut pugnat altera: quæ nõ in caussa vindicationis, sed dominij loquitur. Dices, si dominus, cur non*
1 Cap. 2. *vindicat? Notaui hoc libro. quia sola æquitas sufficit ad actionem excludendam. Et summa est æquitas (quis non videt?) pro isto nauis possessore materiæ domino: pro quo etiam disceptatum in immensum est, & stricto iure a Sabinianis. Rursus verò si instes rogando, qui mihi ostenderit materiæ dominum possidere nauim, parata solutio est: quoniam nulla de alio ibi mentio facta: & tota hæc tractatio vbique ponitur inter hos duos, rei factorem, & materiæ dominum. Ratio quoque Iuliani his conuenit. vt vindicare*

refectam

refectam refector possit, quia eius fuit carina, cuius causſam proprietas ſequitur totius nauis. Effector non possit, quoniam carina ſua non fuit, cuius causſam. &c.

Dicitur ad §. litere. Inſt. de re. diuis.

CAP. XVIII.

RAtione diuersi iuris litteras inter & picturam ego non aliam quaſierim quàm quæ ex ipſis huius paragraphi verbis colligitur. Cedat ſuperimpoſitum. *& ceſſerit ob eam causſam pictura. Quod ſcribitur in l. 23. p. 3. de rei vind. Tamen quòd multo pretio pictura ſolet tabulam excedere (id in litteris non accidit) viſum Iuſtiniano eſt, axiomati derogare. Et derogat quidē propter omnem picturam, quia in omni pictura euenire ſolet, vt ſit hæc præſtantior tabula. Relinquit illibatū ius de litteris, quoniā hæ aut non excedunt chartæ pretiū, aut non magnò ſolent. Quæ tamen non ſeruarentur, ſi cæptio interueniret: & viliſſimā picturā tabulæ, & litteris aliqua ratione longè pretioſioribus chartas cedere adſirmarim ex hoc ipſo loco Iuſtiniani. Quod & veteres, & noui probant interpretes. Nam quid ſi pictura eorum eſſet, qui, arte naſcente, rudi adeo & impolito ſtilo depinxerunt animantia, vt adſcribere ad ea neceſſe eſſet. Hoc eſt bos, illud*

Illud equus, Hoc arbor. Quæ Ælianus memorat lib. x. Quid e diuerso, si scriptura eius generis esset, cuius meminit Plin. lib. c. vt omittam, quæ alia ex re ipsa scripta dici valent. Ego id primum ad istum. §. Alterum moneo, ne solliciti simus Paulum, Caiumq; Iustiniano conciliare: nam pugna nulla est, si disertè tollitur Consultorũ sententia. Pugna est, si vtrinq; statur. Sed nobis videtur, &c. *ait Iustinianus. At quare ædificio præstantiori area etiam non cedit? quia a regulis non est facilè discedendum. ius exorbitans trahi in consequentias non oportet. Area item adhuc est: nam partem domus facit, tabula pictura non facit partem: vt nec sit amplius. Verùm quid tabulæ domino vtilis actio datur? Mirabile dicit glossarius, vt peior sit possidentis condicio. at vtilem actionem ego interpretor, quæ non ipsam rem propter se, sed propter vtilitatem persequitur. & istum dominum aio præcisè & simpliciter ad tabulam non agere: sed vtiliter ad tabulam propter pretium: quî enim ad pretium aget? quo contractu? Nec verò non sic potest vtilis actio accipi. at si pictor tabulam reddere velit, ille picturæ pretium soluat. Nec mirum, si pictori & istud tribuitur, nam reddit, quod petitur. Non tamen hoc facere cogitur (vt glossarius credit) cui actio est.*

C. lib. 2. inst. tit. 1.

l. qui res. de solut.

l. si stipulatio. §. si quis insulã. & l. qui seruum. de ve. ob.

Soluun-

Soluuntur tres antinomiæ.

CAP. XIX.

IN §. ex diuerso. in fi. Inst. de re. diu. antinomia esse videtur perspicua, si admouetur l. 2. in fi. C. de rei vind. & l. adeo. §. ex diuerso. D. de adq. re. do. Sed ego teneo, idem vbiq; doceri: & Iustinianum, Casumq; declarare illa apud Antoninum, Si non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint. *Vt quomodocunque mala fides interueniat, non ideo pereat materia domino, si non donandi animo ædificatum est. puta, quòd scierit ædificator alienum solum esse, &c. dd. §.* . *Malam autem fidem hic esse posse & in alio ædificante, quàm qui scit fundum alienum esse, nemo non dispiciet peritior paulò. Fingat, vel interdictum, ne ædificetur. Ergo valeat noster interpres, qui istam tenet antinomiam.* Aliam pugnam inter p. si Titius. vers. vt si vicini arbor. & l. 6. in fi. arb. fur. cæs. ego ità dirimo, vt ista lex loquatur tantùm in ea tituli sui actione. Eius est arbor, in cuius fundo origo eius fuerit: vt scilicet vicinus, in cuius fundo radicibus alitur, eam cædere non possit citra furtim cæsæ delictum. etsi arbor sua meritò effecta sit, quæ omnes omnino suas radices in fundum ipsius immiserit. hoc. n. fieri posse, & non infrequenter fieri, norunt omnes, Hotomano excepto, qui fortè putat, suprema parte, qua radicibus carent, si humi tegitur, ali arborem

H.

arborem posse. Cur verò ad suum titulum referam eam legem, & ratio est, quia nec vicino recidere radices potest, quas in fundum suum egerit vicini arbor. etsi ius sibi est, radices eas non habere. Maior succedit antinomia. nam eius componendæ rationem nullam nouus commentator agnoscit. Est inter l. fructus. de vsur. & l. 48. de adq. re. dom. cui Iustinianus adsentitur in §. si quis a nõ domino. hic n. & Paulus tum industriales, tum naturales fructus concedunt bonæ fidei emptori: Pomponius autem solos industriales. Sed mihi solutio placet, quam indicat gloss. in d. l. fructus, vt hæc in possessore bonæ fidei, quemadmodum loquitur, accipiatur: Paulus, Cæsarq; in bona fidei emptore. Bonæ fidei emptor, inquit Paulus, &c. iusta caussa æquè bona fide. &c. ait Iustinianus. Maritus in d. l. fructus. hanc iustam caussam non habet, etsi caussam, etsi titulum habet, vt ibi scribit glos. qui suam istam solutionẽ non probat. Itaq; omnes fructus is suos faciat, qui iusto titulo et bona fide dominus censetur: industriales tantũ, qui bona fide habet. Differentiæ perspicua ratio.

H.

tot. tit. de do. int. vi. & vx.

De missilibus, & in argumento iactus de naui facti antinomia sedata.

CAP. XX.

Suet. c. 18. & 37.

DIcamus hîc aliquid de missilibus. Caligula sparsit missilia variarum rerum. Nummos

non

non mediocris summæ e fastigio basilicæ Iuliæ per aliquot dies sparsit in plebem. Sub Nerone etiam sparsa populo missilia omnium rerum, singula quotidie millia auium cuiusq; generis, multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, argẽtum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumẽta, atq; etiam mansuetæ ferę, nouissimè naues, insulæ, agri. Domitianus quoque omne genus missilium sparsisse dicitur. Ex altissimis turribus Heliogabalus missilia spargebat, aurea, argentea pocula, vestes, lintea omne genus, bestias cicures omnes exceptis suibus, quibus ipse (vt mos erat Phœnicibus) abstinebat. Quibus ornetur et hic locus, & l. 5. p. 1. pro derel. titulusq; totus. Auth. de cõsul. Addatur verò etiam quod de emptione missilium, & eorum eiectione non præstãda docemur in l. 8. de cont. empt. Supereſt antinomia. Iactũ ex naui factũ Vlpianus inuenienti concedit: Iustin. hîc in p. vlt. alijq; alibi Iurisconsulti eijcienti conseruant. Admittit noster cõtraria responsa. Mihi cõponi posse videntur. Et cũ Vlpiano dico quæstionẽ in eo esse, an pro derelicto habitũ sit. quod nec alij inficiabuntur. Teneo cum ijs, pro derelicto habitum non credi. at ex Vlpiano ita, nisi is sciat periturum, qui ieicrit: tunc. n. nequit non habuisse pro derelicto. Vt derelinquentis animo iactanerit plerunque credendum est, cum sciat periturum. cum sciat, non a me hæc verba in rationis formam accipiuntur, sed declarationis. Quod potest in his articulis cum & quia. l. si

Cap. 2.

Cap. 4.

Herodi. lib. 5.

l. 43. §. pe. de fur.

H.

H.

l. 5. & l. 63. de cond. & dem. sup. lib. 1. c. 5.

si cõmunes. 40. de neg. ges. in l. quæsitum. de pign. in l. quidam. 132. p. vlt. de ver. oblig. alibiq. Distinguendum igitur inter res, quæ omnino peritura videntur, & reliquas, quarum non omnis penitus spes cum iactu ipsarum eijcitur. Quæ quales sint, non est difficile eloqui. Hîc lubet vnum adijcere, cuius cuius ipsum sit loci. In §. præterea. in fi. Inst. de re diu. rectior est scriptura Florentina, adquisita videtur, *quam aliorum omnium,* adquisitæ videntur. *Si enim arbores radices egerunt an non coaluisse fundo vicini pars illa tus prædij dicetur? arborum non est separatũ corpus a fundo. Hîc an non habemus certissimã definitionem, uicino immo eam partem quæsitam esse? Age, vide quid ex Alfeno tradat Vlpianus in l. 9. p. 2. de dam. infe. Adiungo alterum. In p. cum in fine. attendo illis valde,* Nec tamen ideo. *Propter hoc solum scilicet, quòd mea materia confectum est tuum ædificium, ea mea esse non desinit. quòd si transfigurata sit, nec restitui possit: tum alia ratione desinit mea esse. nec versamur in præsenti definitione. Non aliud iuris in naui, aliud in ædibus. Nec materia nõ transfigurata a fabro nauis cedet. Friuolũ argumentũ.* Satis constat, accessionẽ cedere principali. *nam vt cedat domino columna, ferramentũ, similia: non propterea & domino cedunt extra domum. Pars non est totius, nisi secundùm rationẽ totius. Accessio non est principalis, nisi secũdùm rationem principalis.*

Contra H.

l. Quinctus. de ac. em.

Contra H.

H.

Vide sup. lib. 1. cap. 8.

Erratorum correctio.

Quoniam auctore abſente impreſſus tertius hic liber eſt, commiſſa errata plura ſunt, & quædam animaduerſione digna. Sed primum numerus in prima pagina reponatur 143. & ex eo reliqui ſequentes vſque ad 154. inde enim recté.

144 5.bene.breue. 8.iuſtitu.Inſtitu.
21.argutatur. argutator.
145 27.eiuſdam.cuiuſdam.
149 vlt.deeſt in fine,ſi vel.
158 vlt.criptura,ſcriptura.
159 13,in medio deſunt hæc,Adde, quod in Solone ſcribit Plutarcus, leges eius in ligneis ſcriptas tabulis.
160 10.ſatis.ſtatis.
161 25 in fine deſunt hæc, Et apud Suet.in Ner.c.37.in fi.
163 10.de lib.delib.& in fine deſunt hæc,incongrui eſt,ſi
165 20.&c.pen.
166 15.Ac.At.
167 1.quæcunque quemque. 7. ſripta.ſcripta 19. Ac. At. 24. Mariano.Marciano.
168 8.tolle geminnm punctum.
170 8.Nævium.Mæuium.24. Arriani.Adriani.
171 4.oſt.offi.24.notat.notas.27. adiu.adm.
172 9.Quinctum &.Quinctum inter &.17.C.I.C.22.Pomponium. Proponium.
173.8.nonaremus.nominaremus.26. Acholio.Acholio.
176 24.de ho.de lib.hom.
177 26.Textum.Senſum.
178 2.deſunt hæc,Libertas non eſt, ſi non potes facere quod velis.
179 11.tolle,poſſe.
180 26.neutralis.mentalis.
182 pe.vt ſolebat.vt volebat.
183 10.igitur.cogitur.
187. 8.iuſtus.iuſſus.
198 4.Comerani.communi. 18. pupillarum.pupillorum.
199 2.q.9.9.quia.qui.
202 7.de 60.de bon. 8.de 60.de bon.
206 21.Diui Dixi.
210 7.opinor.opiner.
211 24.Se.expreſsé.28. delatum. delatam.
214 22.ſeruatum.ſeruatam.25.notis. uotis.
215 pe.ſit.ſit.
220 12. vnuſcuiuſque. vniuſcuiuſque. 20.antep.tutorum.tutorem.
222 iudicato.indicato.
225 23.in medio deſunt hæc, Quod ſi ex hiſtoria Græca, aliaué, quæ poſsum,velim huc comportare,ſane vnus Plutarcus multa ad huc omnis feré generis exempla ſuggeſsiſſet ex Solone,Lyſandro, Alcibiade.Pericle,Eumene,Alexandro. at ſi ſemel inſaniuimus,ne etiam egregié.

Leuiora errata corriget lector: & quæ in marginibus ſunt, quæ non grauia ſunt.

Primus numerus paginam, ſecundus lineam ſignat. Prima vox tollenda, ſecunda reponenda eſt.

BRITISH MUSEUM
17
29
DEC